

rete, Port. & Bonac. apud ipsum. Non incur-
reret tamen penas Pontificibus contra solici-
tantes sublatas; quia hæc pœna sunt contra
solicitantes ad inhonestam sollicitatam, ob specia-
lem turpitudinem sollicitationis, cui tenus so-
licitatio ad inhonestam est valde periculosa, &
confessionem inmaxime odiosam redens, Diana
p. 4. r. 5. ref. 17. Nec eas incurrit sollicitans ad
inhonestam in aliis Sacramentis; quia cum talis
solicitatio in aliis Sacramentis non fit ita facilis,
Pontifices eam infligere contra sollicitantes
in confessione, Diana cit. ref. 16.

652 Est suspensus de fide Confessarius, si so-
licitet immediate ante, vel post, quia sic solici-
tans confetur in confessione sollicitare, Diana
cit. ref. 50. contra Soulam, qui dicit, eum non
esse de fide suspensum, quia dum in actu con-
fessionis non sollicitavit, sed sollicitationem di-
stulit, aut anticipavit; dat intelligere, se no-
luit integritatem confessionis commaculare.

653 Similiter est suspensus de fide Confessa-
rius sollicitans ex occasione, aut pretextu con-
fessionis, vel simulando confessionem; quia
Sacramento abutitur, eique injuriam infert,
Diana cit. ref. 50.

654 Confessarius sollicitans in confesionario,
non ex pretextu, nec occasione confessionis,
nec simulando confessionem, est suspensus,
& abjurare debet, Diana p. 4. cit. res. 10. & p.
10. r. 14. ref. 51. contra Carenam; quia Greg.
XV. postquam recensuit septem capita sollicita-
tionis, inter quæ est sollicitatio in confesionario
abque occasione, aut pretextu confessionis,
ut in n. 522. immediate sequitur, & injungit
Inquisitoribus: *Ut super his contra prædicta
sunt vel separati in omnibus, prout in casibus
fidei, &c. inquirant, & procedant.* His acced-
dit praxis, tam Inquisitorum Romanæ, ex
Diana cit. quàm Inquisitorum Hispanæ, ex Alber-
ghino cit. p. 223. v. 7. quia hujusmodi Confessarii
habentur suspecti de fide, & abjurant: quon-
iam injuria loci redundat in Sacramentum, cu-
jus locus est Tribunal. Dantur igitur suspecti

suspensione ex presumptione juris de jure, vide
n. 603. Carena vero negat esse suspensum; quia
ex sola ratione loci nulla suspensio oritur.

655 In casibus, in quibus Confessarius solli-
cians est suspensus, esse suspensum de vehementer,
in praxi servat Inquisitor Rom. de levi In-
quisitio Hispana.

656 Mulier tamen Confessarius sollicitans
non est suspecta de hæresi. 1. Quia non accedit
ad Confessarium animo se acculandi, & Sacra-
mentum penitentia suscipiendi; adeoque cum
nullum sit Sacramenti initium, nullus est Sa-
cramenti abusus: ut patet de illo, qui ad Con-
fessarium calide animo cum inducendi ad com-
positionem, & furtum. 2. Quia nullum est jus,
quod eam presumat suspectam. Dispar autem
est ratio de sacerdote penitentem sollicitante;
quia penitens vel supponitur accedere animo
confitendi, & Sacramentum penitentia suscipi-
endi, & sic accedit pro sacramentali confesio-
ne, ac proinde Confessarius sollicitando ad in-
honestam, aut ad alia crimina, vel in aliis Sa-
cramentis, dicitur Sacramento abuti, & inde
suspectus de hæresi, quavis penitens sollicita-
tioni consentiat, & Sacramentum minime per-
ficiatur. n. 494.

Et tunc Confessarius sollicitans ad inhonestam,
est suspectus de hæresi, nempe ex vi Bullæ
Gregor. XV. verum etiam independent ab il-
la, sicut est suspectus sollicitans ad alia crimina
ob abulum Sacramenti.

Vel sollicitatio supponitur facta à Confessa-
rio in confesionario extra occasionem con-
fessionis, vel quando Confessarius in confessione
à muliere sollicitatus consentit. Et tunc adhuc
est disparitas; quia licet in neutro casu habeatur
initium Sacramenti, nec Sacramentum, cum
pariter mulier non accedat animo se acculandi,
in priori tamen casu habetur suspensio ex præ-
sumptione juris de jure, per recentia verba
Gregor. XV. non sic in posteriori; quia verba
nulla habetur jus, quod mulierem sollicitantem
suspectam præsumat. v. n. 603.

Finis Tomi Secundi.

EXA-



EXAMEN ORDINANDORUM, PRÆDIGATORUM, ET MISSIONARIORUM.

Tomus Tertius

*Complectens Sacramentum Ordinis, & sacramentum Sacrificium Missæ,
insuper episcopas, atque expeditas regulas ad Apostolicum Sacre
Concionis & Missionis ministerium rite exercendum.*

PARS PRIMA.

Examen Ordinandorum.

CAPUT I.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

Quid, & quadruplex sit Ordo.



Rdo est signum quoddam, in quo
spiritualis potestas traditur ordi-
nato ad sacramentum Missæ Sa-
crificium, & Eucharistiam perfici-
endam.

2 Ordines sunt septem: *Ostentatus, Lecto-
ratus, Exorcistatus, Acolytatus, Subdiaconatus,
Diaconatus, & Presbyteratus.*

3 Omnes Ordines sunt res sacre: primi
tamen quatuor dicuntur minores, & non sa-
cra: ultimi vero tres dicuntur majores, & sacri.
Ratio differentia est multiplex, 1. Quia ultimi
tres immediatus ordinant homines ad sacrifi-
cium Missæ, & Eucharistiam conficiendam. 2.

Quia in Ecclesia Latina habent annexum votum
solemne castitatis, ita ut impediunt, & dirimant
matrimonium. 3. Quia obligant ad divinum Offi-
cium recitandum. 4. Quia majores non possunt
suscipi plures eodem die, sed unus, nec Sub-
diaconatus simul cum minoribus; neque suscipi
possunt, nisi in sex Sabbatis, videlicet, quatuor
anni temporum, & Sabbato ante Dominicam
Passionis, quod dicitur Sirtentes, & Sabba-
to Sancto, nisi adit dispensatio Papæ; mino-
res vero suscipi possunt omnes quatuor eadem
die, & non tantum in recentissimo die Dominico,
sed etiam quolibet die Dominico, vel festo de
precepto, imo ex consuetudine in die Veneris
ante dicta sex Sabbata; vel in feria quarta
quatuor temporum, n. 26. 5. d. 1. m. 1. quia
majoribus initiati possunt solemniter, & ex of-
ficio sacra vasa nuda manu tangere, non ita
minoribus initiati, nisi ex commissione, &
necessitate.

Non peccant autem aliquo Ordine minori,

aut

aut panem tonsura initiati, nuda manu tangenti, facta vasa, in quibus non sit Eucharistia. Item ne laici, aut totum peccant mortaliter, nisi ad contemptum; sed venialiter, imo neque venialiter, si adit iusta causa, aut necessitas. Vasa autem sacra, quae Eucharistiam continent, tangi non possunt sine peccato mortali, nisi à Sacerdotibus, & Sacerdote deficiente, à Diacono.

4 Episcopatus est Ordo. Nam est spiritualis potestas ordinandi Sacerdotes, & Episcopos; conficiendi Sacramentum Confirmationis, Chrisma, Oleum sanctum, &c. Non est autem Ordo diversus à Sacerdotio, sed est quidam gradus, & extensus characterem non imprimit, sed Sacerdotalem praesistentem ampliat. Idem die de Archiepiscopatu, & Papatu.

5 Hinc invalide, qui Sacerdos non est, ordinatur in Episcopum, quia Episcopatus essentialiter Sacerdotium praerquirat: non sic in aliis Ordinibus; licet enim illicite ordinaretur Sacerdos, qui aliis Ordinibus non esset initiatus, valide tamen ordinaretur, quia Sacerdotium non essentialiter, sed tantum ex praeccepto alios Ordines praesupponit.

Episcopus, si non consecratur à tribus Episcopis, sed ab uno solo ex dispensatione Pontificis, valide consecratur, quia adest praxis Pontificum, S. Greg. & Greg. XIII. qui dispensantur, ut refert Cardenas *dist. 2. n. 501.*

6 Cardinalatus non est Ordo. 7 Omnes septem Ordines continent unum Sacramentum Ordinis unitate aggregationis, & ordinationis ad unum finem, qui est sacrificium Missae, & Eucharistia concitanda.

8 Hinc tam Episcopus Ordines confertens, quam Clericus recipiens debet esse in gratia, alias peccabit mortaliter.

9 Omnes Ordines imprimunt characterem, ac proinde non possunt sine sacrilegio retrahi.

10 Character, qui ab Ordine imprimitur, est quaedam qualitas spiritualis animae inherens, & definitur, quod sit signum quoddam spirituale impressum in anima, per quod distinguitur homo tali signo signatus ab aliis, & dignoscitur Deo consecratus, & ab eo deputatus ad gratias, & dona Christi dispensanda, & ad eiusdem munera exercenda. Character imprimitur, quando tangitur instrumentum portectum ab Episcopo profertente verba.

Character enim imprimitur eo tempore, quo producit gratia; quia character est

effectus secundarius, gratia primarius. Gratia autem producit in eo instanti, quo Sacramentum est lignum completum, quia Sacramentum est lignum praedictum; unde gratiam causat in eo instanti, quo habet perfectam significationem, ad quam est institutum: v. *tom. 1. 183.*

Si ponatur obex peccati mortalis, gratia non causatur: causatur vero character, & gratia illa ex opere operato causatur solum ablato obice.

11 Materia remota Sacramenti Ordinis in generali est ipsum instrumentum; materia proxima est traditio, & acceptatio ipsius instrumenti; forma vero sunt verba prolata ab Episcopo in traditione instrumenti.

Materia, & forma debent esse simul moraliter; requiritur autem contactus physicus materiæ, & intentio actualis, aut saltem virtualis in Episcopo conferente: sufficit habitualis in Clerico suscipiente; de quibus supra, *Constitutio. 1. de Sacram.*

12 Effectus Sacramenti Ordinis sunt augmentum gratiae, & Character. Sacramentum, inquam, Ordinis per se causat non primam, sed secundam gratiam, nempe augmentum gratiae habitualis; per accidens vero primam.

Ratio primi est, quia causare per se primam gratiam, solum convenit Sacramentis reconciliativis, cuiusmodi sunt Baptismus, & Penitentia, minime Ordo.

Ratio secundi est, quia sicuti id conceditur aliis Sacramentis non reconciliativis, ita debet concedi Ordini. Casus autem esse potest, si quis dum ad Episcopum ordinandus accedit, recorderet alicuius mortalis, & Confessarium non habens elicit auctri contritionem, quem inconspicibiliter putat contritionem; iste stante bona fide, ex Sacramento Ordinis, quod suscipit, iustificatur; adeoque Sacramentum per accidens causat primam gratiam.

13 Sacramentum Ordinis ultra secundam gratiam sanctificantem, & characterem, causat gratiam sacramentalem, & sunt specialia quaedam auxilia functionibus, & officii in usque Ordinis proportionata, per quae, qui aliquo Ordine est insignitus, ad officia illa debite rite exercenda peculiariter modo iuvatur, & idoneus officium.

Quae specialia auxilia non solum in ipsa Ordinis susceptione, verum etiam quando Ordo ipse exercetur, intuitu Ordinis à Deo conferuntur: v. *tom. 1. de effectibus Sacram.* in genere.

14 Sacramentum Ordinis fuit institutum à

Christo, quando die Coenae, postquam communicavit Apostolus, dixit: *Hoc facite in meam commemorationem.*

De his, quae sunt de substantia, aut de solemnitate Ordinis.

45 Ad substantiam, & valorem Sacramenti Ordinis requiruntur, & sufficiunt quatuor.

16 Primum, est potestas Ordinantis, qui esse debet Episcopus consecratus; qui licet esset Areticus, schismaticus, suspensus, aut degradatus, illicite, sed valide conferret, quia Ordinum collatio est actus Ordinis, non jurisdictionis; Ordo autem, quia est indelebilis, semper manet in eis. Minores possunt ex privilegio Abbates conferre.

17 Secundum, materia, forma & intentio, tam Episcopi conferentis, quam subjecti recipientis, ut in *tom. 11. Omnia vide in tom. 2. de Baptismo, v. Minister, casum de eo, qui ad Ordines suscipiendos accedit contra protestationem Episcopi.*

18 Tertium, est sexus virilis; hinc mulier est incapax Ordinum, pariter hermaphroditus in quo sexus femineus praevaleat; valide autem ordinatur, si sexus virilis praevaleat; sed si post Ordinationem incipiat praevaleare sexus foemineus, non potest valide consecrari, aut absolvi, licet characterem retineat: hinc valide, est illicite ordinatur amentes, caeci, & similes irregulares, et si hi maneant iure Ecclesiastico suspensi, & pueri rationis non composites, qui tamen castitate non teneantur vi voti, nisi adveniente usu rationis ratificent. Omnino *v. tom. 1. in imped. matr. de Ordinis sacro.*

19 Quartum denique, quod sit baptizatus baptismi fluminis.

Baptizatus b. primo sanguinis, aut fluminis, salvari potest, sed non valide ordinari. Quod si bona fide ordinaretur, invalida esset ordinatio, adeoque repetenda, quia ex iure divino baptismi fluminis est janua omnium Sacramentorum: *In lib. 3. Decret. tit. 43. de presbytero non baptizato, cap. 1. & 2.*

Angelus, nec licite, nec valide ordinari potest: quia subjectum Sacramentorum ex institutione Christi est homo viator: *v. tom. 1. de subjecto Sacramenti.*

20 Ad licitam autem Ordinum susceptionem requiruntur pura ex parte subjecti, ex parte Ministri, & ex parte utriusque.

Examen Ecclesiast.

EX PARTE SUBJECTI

21 Requiritur primo status gratiae. Sufficit, si ponatur in gratia per contritionem, ad dilectam summptionis Eucharistiae, ut *n. 279.* Secundo, quod sit confirmatus. Tertio titulus sustentationis, Beneficium scilicet, patrimonium, vel Religiose paupertatis, eius tamen, quam solummodo Religiosi in professione emittunt. Quarto, scientia sufficientis. Quarto, licentia Ordinarii, seu iurata dimissio. Sexto, quod non sit irregularis, suspensus, excommunicatus, aut alio canonico impedimento interdictus. Septimo, demum aetas sufficientis: pro prima tonsura, & tribus minoribus requiritur septennium completus, pro Acolyatu annus duodecimus completus; pro Subdiaconatu annus vigesimus secundus inchoatus; pro Diaconatu annus vigesimus tertius inchoatus; pro Sacerdotio annus vigesimus quartus inchoatus.

22 Capellanus ordinari potest titulo Beneficii, si Capellania sit collata, videlicet Clericali, perpetua, & congrua sustentationis Clerici sufficientis, juxta *Trid. sess. 21. de reform. cap. 2.* minime si sit non collativa, seu laica, quia illa est Beneficium, non ista: *v. tom. 2. de beneficiis.*

23 Religiosus, qui ordinatur titulo paupertatis, si fiat Clericus saecularis, tenetur patrimonium assignare, quod est in statu saeculari, in quo honestam habere debet sustentationem; juxta *Trid. cit.* Imo si erit Subdiaconus, non potest ad alios Ordines promoveri sine Beneficio, aut patrimonio.

24 Hinc *Port. v. Ordines sacri, num. 8.* docet, quod qui scienter emittit professionem invalidam, mortaliter peccat suscipiendo Ordinem sacrum, quia ordinatur sine titulo, quod est contra Jus Canonicum. Ordinatus sine titulo, per saltum, absque dimissiois, sine legitima aetate, est suspensus ab Ordine, & si in illo minoret, fit irregularis. *Port. cit. n. 13.*

De his poenis & censuris agit *Trid. sess. 7. de reform. cit. n. 10. sess. 21. de reform. c. 1. num. 2. sess. 23. de reform. cap. 3. & 17. & Tamb. de Ord. c. 12.* ubi agit de poenis male conferentis, aut recipientis Ordines.

25 Qui vero Sacerdotium suscipit cum aliquo impedimento, ob quod est suspensus ab Ordinibus, non fit irregularis per hoc praesertim, quod cum Episcopo consecratur in Missa, in qua ordinatur: quia non dicit vere Missam, adeoque non exercet Ordinem. Ita *Port. cit. n. 7.*

26 Qui Presbyteratus Ordinem suscipit in peccato mortali, peccat mortaliter. 1. Ordinem suscipiendo in acceptatione materiae, & usque formae; quia Sacramentum suscipit. 2.

Verba consecrationis in Missa Ordinandi profertendo; qui a cum Episcopo Sacramentum conficit. 3. Communicando; quia Sacramentum Eucharistiae suscipit.

Et quia non potest sine mortali et prolutione verborum consecrationis, nec à communione abstinere, cum sit materia gravis graviter praescripta ab Ecclesia, tenetur tunc conteri.

EX PARTE MINISTRI

27 Requiritur primo status gratia. Secundo, ut Episcopus consecratus non sit suspensus, aut alio canonico impedimento interdictus. Tertio, ut sit Ordinarius; non potest enim ordinare, nisi subditos, aut alienos cum dimissiois proprii Ordinarii.

28 Triplex autem potest aliquis esse subditus alicui Episcopo. Primo, ratione originis, quatenus in eius Diocesi natus est, non casu, & per accidens. Secundo, ratione domicili, quatenus ibi habitat annuo perpetuo mandati; ad quod sufficiunt decem anni. Tertio, ratione Beneficii, quod tenet in tali Diocesi, quod fit ad congruam sustentationem sufficientis; quolibet ex his tribus modis sit subditus, potest ab Episcopo ordinari, & ab eo petere dimissionem, juxta Bullam Innoc. XII. omnino attendendam in n. 38.

29 Ordinatio Clericorum nullius Diocesis spectat ad Episcopum, intra cujus Diocesis fines locus situs est. Quod si locus sit omnino extra fines, spectat ad Episcopum illum, cujus Ecclesia Cathedralis est proximior. Fagnanus lib. 1. Dec. cap. Significasti, n. 23.

30 Regulares in Italia, v. gr. existentes habentes dimissiones à suis Praelatis, à quocunque Episcopo intra Italiam ordinari posse, docet Tamb.

31 Episcopus non potest Ordines Sacros [bene vero minores] nisi inter Missarum solemniam ab ipso celebrata conferre. Si extra illa, aut alio celebrante sine dispensatione Pontificis conferat, illicite conferit, qui contra Ecclesiae consuetudinem, & Rubricas Pontificales: sed valide, quia de essentia cujuslibet Sacramenti est sola materia, forma, & intentio; nec ulla adicit decretum irritans. Unde opinio Silvestri, quod talis collatio sit in valida, non est probabilis, sed destituta fundamento, Gobat tom. 1. rr. 8. n. 257.

Si vero Ordinandi jam convocatis in hebdomada, qua esset collatio facienda, superveniret Episcopo magna difficultas utrumque minus obundi, & nullus alius esset Episcopus, qui posset, aut vellet supplere, tunc posset licite curare Missam celebrari per alium Sacerdotem, & ipse conferre; idque ex episcopa, &

generali interpretatione, quae etiam in requisitis majoris considerationis adhiberi solet, ob gravem incommoda, quae evenirent, si sine ordinatione remitterentur juvenes. Ita Gobat cit. num. 26.

EX PARTE UTRIVSQUE

32 Requiritur primo tempus, quo Ordines debent conferri, de quo dictum est n. 3.

Secundo, requiritur interstitia temporum, hoc est temporis intervalla inter unum, & alium Ordinem.

33 Inter primum tonsuram, & Ollariatum non debent intercedere interstitia temporum. Inter maiores debet intercedere aliquod intervallum arbitrio Episcopi, qui potest dispensare, & eodem die conferre. Inter Acolytatum, & Subdiaconatum, & pariter inter majores, ex Trident. debet intercedere annus qui sufficit, si fit Ecclesiasticus, ab uno Sabbato, v. gr. Sinterent, ad alium huiusmodi sequentem Sabbatum, etiam si non intercederet duodecim menses integri, & a fortiori sufficit annus naturalis, licet Ecclesiasticus annus non finiret.

34 Dispensare super interstitiis possunt Episcopi; possunt etiam Regulares cum suis subditis: qui tamen monentur, ut ex modestia non dispenseint, sed in dimissiois Episcopos rogent, ut dispenseint.

35 Dispensatus à Summo Pontifice super defectu aetatis, adhuc indiget, ut super interstitiis dispenseint, si tempus inter unum, & alium Ordinem praescriptum non sit explem; quia aetas, & intervallum temporis inter unum, & alium Ordinem, sunt duo requisita disparata, ac promode dispensatus super uno, super alio dispensatus minime censetur.

36 Potest Episcopus eodem die primam tonsuram, & quatuor minores conferre, minime minores cum Subdiaconatu, potest autem minores cum Subdiaconatu eodem die conferre ex causa; vel ubi adest consuetudo, etiam sine causa. Duos autem majores eodem die conferre non potest sine Papae dispensatione, n. 3.

37 Tertio denique requiritur, ut servetur ordo inter collationem, & receptionem unius, & alterius: debent igitur recipi eodem ordine, quo numero secundo sunt numerati.

Si autem reciperetur Diaconatus v. gr. ante Subdiaconatum, & sic de ceteris, valida esset receptio; sed hic, qui esset per saltum ordinatus, maneret suspensus à sui Ordinis executione, & alterius receptione; potest tamen Episcopus cum eo dispensare, nisi ante huiusmodi dispensationem solemniter ministrasset in Ordine per saltum suscepto; quia tunc est necessa-

cessa-

cessaria dispensatio Summi Pontificis. Concil. Trid. sess. 23. de refor. c. 14.

INNOC. XII. CONSTITUTIO.

A Pad. Pignatelli tom. 10. post consultatio-

38 Quae plura declarantur, ac praescribuntur pro tollendis abutibus, & fraudibus circa Ordinationes alienorum subditorum.

INNOCENTIVS, &c.

38 Speculatores domus Israel, &c. Ceterum per ea ipsa indulta, &c. factum est, juxta morem regionis pro promovendis ad Sacros Ordines, detractis oneribus, per se sufficit, illudque ad Ordinandum pacifice possideatur, sublata quacunque facultate supplendi, quod deficeret fructibus ejusdem Beneficii, cum adiectione patrimonii etiam pinguis, quod ipse Ordinandus in eadem, seu alia quavis Diocesi si obtineret, ac Episcopus sic ordinans, tam de praedictis testimonialibus litteris, quam de reditu Beneficii huiusmodi expressa in consuetudine collatorum Ordinum attestacionem mentionem facere debebit.

39 Verum quo impensus, &c. delatis ad Nos querelis accepimus, graviora quorundam malignari inimicum in Sancto, &c. Modeste proprio, & ex certa scientia, &c. Hac generali nostra, & perpetua vultura Constitutione decernimus, & declaramus, nulli Episcopo, seu cujusvis loci Ordinario, tametsi Cardinalatus honore fulgeat, licere extorquere quempiam, ac sibi ratione originis, seu domiciliis, juxta modum inferius declarandum, legitime contracti, non subditum, ad Clericalem tonsuram promovende, seu cujusvis Beneficii Ecclesiastici eius statum, ac tonsuram huiusmodi insignitus fuerit, ferendi, seu ad quod is à patre suo praesentatus, seu nominatus fuerit, praetextu, etiam si Beneficium praedictum de novo ea expresse adjecta lege fundatum fuisse constiterit, ut quis immediate post Clericalem characterem susceptum ad illud instituitur. Praeterea Clericum, qui legitime jam à proprio Episcopo ad eandem Clericalem tonsuram, seu etiam ad minores Ordines promotus fuerit, non posse ab alio Episcopo ratione, ac titulo cujusvis Beneficii in illius Diocesi obtenti ad ulteriores Ordines promoveri, nisi ante ad subditam susceptionem testimoniales litteras proprii Episcopi, tam originis, quam domiciliis, super suis natalibus, aetate, mortibus, & vita sibi concedi obtinuerit, eas-

que Episcopo Ordinanti in actis illius Curiae conservandas exhibuerit.

40 Licet vero Clericus ratione cujusvis Beneficii in aliena Diocesi obrensi subijci dicatur jurisdictioni illius Episcopi, in cuius Diocesi Beneficium huiusmodi fuerit; cum tamen de cetero hac in re inconcussae regularum, & fratribus circa eorum iurisdictionem ad effectum suscipiendi Ordines acquirere censetur, nisi Beneficium praedictum ejus sit redius, ut ad congruam viam sustentationem, sive iuxta taxam synodalem, sive ea deficiente, juxta morem regionis pro promovendis ad Sacros Ordines, detractis oneribus, per se sufficit, illudque ad Ordinandum pacifice possideatur, sublata quacunque facultate supplendi, quod deficeret fructibus ejusdem Beneficii, cum adiectione patrimonii etiam pinguis, quod ipse Ordinandus in eadem, seu alia quavis Diocesi si obtineret, ac Episcopus sic ordinans, tam de praedictis testimonialibus litteris, quam de reditu Beneficii huiusmodi expressa in consuetudine collatorum Ordinum attestacionem mentionem facere debebit.

41 Ceterum subditus ratione originis, si tantum sit, ac esse intelligatur, qui naturaliter totus est in ea Diocesi, in qua ad Ordines promovendi desiderat, dummodo tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occasione nimirum itineris, officii, legationis, mercaturae, vel cuiusvis alterius temporalis morae, seu permanentiae ejus patris in illo loco, quo casu nullatenus ejusmodi sortita natiuitas, fed vera tantum & naturalis patris origo erit attendenda. Quod si quis tanto temporis spatio in eo loco, in quo ex accidenti, sicut praemittitur, natus est, moram traxerit, ut poterit ibidem canonico aliquo impedimento irriti, tunc etiam ab Ordinario ejus loci litteras testimoniales, ut supra obtinere, illaque Episcopo Ordinanti per eum in collatorum Ordinum testimonio similiter recensendas praesentare tenetur.

42 At si pater in alieno loco, ubi ejus filius natus est, tamdiu, ac eo animo permanserit, ut inibi vere domicilium de jure contraxerit; tunc non origo patris, seu domicilium per patrem legitime, ut praesertur, contractum, pro Ordinatione ejusdem filii attendi debeat.

43 Subditus autem ratione domiciliis ad effectum suscipiendi Ordines, is dum-

Qq 2 taxat

taxat censetur, qui licet alibi natus fuerit, illud tamen adeo stabiliter constituerit in aliquo loco, ut vel per decennium saltem in eo habitando, vel majorem rerum, ac bonorum suorum partem cum instructis adibus in locum hujusmodi transferendo, inique insuper per aliquot considerabile tempus commorando, satis superque suum perpetuo ibidem permanendi animum demonstraverit, & nihilominus ulterius utroque casu, se vere, & realiter animum hujusmodi habere, jure iurando affirmet. Si quis tamen a propria originis loco in ea ætate discesserit, qua potuerit alicui canonico impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarii suæ originis testimoniales litteras, ut supra, afferre debeat, ac de illis expressa similiter mentio in successorem Ordinum litteris facienda erit.

44 Ad hæc nullus Episcopus alienæ Diocesis subditum familiarem suum ad aliquos sacros, seu minores Ordines, vel etiam primam tonsuram promovere, seu ordinare presumat absque ejus propriæ originis scilicet, seu domicilii, Prælati testimonialibus litteris, ut supra, & nisi ad præscriptum Concilii Tridentini præfati *sess. 23. cap. 9. de reform. familiarem prædictum per integrum, & completum triennium in suo actuali servitio secum retinuerit, ac suis sumptibus aluerit, Beneficium insuper, quod ei ad vitam sustentandam, juxta modum operis præfationis, sufficiat, quocumque fraude cellante, statim, hoc est saltem intra terminum unius mensis à die factæ Ordinationis, re ipsa illi conferat, ac in Ordinationis hujusmodi testimonio expressam itidem familiaritatis, ac litterarum prædictarum mentionem facere teneatur.*

45 Porro, ut quicumque fraudibus aditus omnino præcludatur, volumus, & Apostolica autoritate statuimus, atque decernimus, ut Episcopus quilibet suos ratione originis, sive domicilii subditos Clericos quoscumque ab alienis Episcopis, quavis auctoritate, etiam cum suis commendatitiis litteris, promotos, nedum ad formam Concilii Tridentini præfati *sess. 14. cap. 2. de reform. quoad scientiam examinare valeat, verum etiam Ordinum eius collatorum testimoniales litteras, gratis tamen, recognoscere, ac diligenter perquirere, an quoad illos præsentis Constitutionis forma & dispositio adimpleta fuerit, assignato sic promotis termino competenti*

ei magis bene visio ad docendum de ejusmodi adimplimento, ita ut quos termino elapso id minime præstitisse competenti à successorem Ordinum exercitio, si ita, & quando ei expedire videbitur, suspendere, illique, ne in Altari, aut in aliquo Ordine ministrant, interdicere possit.

46 Ita vero præmissa omnia, & singula perpetuo, ac inviolabiliter observari, atque adimpleri volumus, ut si quid in istis præmissis seu eorum aliquo fecus fiat, Ordinans quidem à collatione Ordinum per annum, Ordinatus vero à successorem Ordinum executione, quando proprio Ordinario videbitur expedire, eo ipso suspensus sit, aliisque insuper gravius poenis pro modo culpæ, nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio infirmandis uterque subjaceat, &c.

47 Decernentes pariter eadem præsentis litteras ferri firmis, & validas, & efficaces existere, & fore, &c. Ac irritum, & inane, si fecus super his à quoquam contrariæ auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, &c. cæterisque contrariis quibuscumque &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarn. Domini 1694. Pridie Nonas Novembrii.

DE BENEFICIO, ET PATRIMONIO.

Decretum Trid. sess. 21. de reform. c. 2.

48 **C**um non deceat eos, qui divino ministerio adscripti sunt, cum Ordinis decore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere: compertumque sit, complures plerisque in locis ad sacros Ordines nullo fere delectu admitti, qui variis artibus ac fallaciis confingunt, se Beneficium Ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere, statuit S. Synodus, ne quis deinceps Clericus secularis, quamvis alias sit idoneus moribus, scientia, & ætate, ad sacros Ordines promovetur, nisi prius legitime constet, eum Beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honeste sufficiat, pacifice possidere. Id vero Beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad alius Beneficium sit promotus; neque ea resignatio admittatur, nisi confitio, quod aliunde vivere commode possit, & aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium vero, vel pensionem obtinentes ordinari potest non

possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit alimendos pro necessitate, vel communitate Ecclesiarum suarum, eo quod prius perfectus, patrimonium illud, vel pensionem vere ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint, atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint, donec Beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant, unde vivere possint, antiquorum canonum poenas super his innovando.

49 Nullus igitur secularis potest licite Ordines sacros suscipere, nisi ad titulum beneficii, ad titulum vero patrimonii, vel pensionis ex necessitate, aut commoditate Ecclesiæ, iudicio Episcopi.

Beneficium, patrimonium, vel pensio, tres conditiones exposcit.

50 Prima, *quod sit sufficiens ad honestam sustentationem Sacerdotis, juxta inditum, & præscriptionem Episcopi loci.* In Synodo Panemuntana dispositum est, debere esse Panonici scutorum 60, & insuper quod possit quis ordinari ad titulum Mensæ in Cathedrali Ecclesiâ, in Diocesi 40.

51 Si patrimonium non sufficit, fat est, ut junctum beneficio tenui sufficiat, & è converso. Ita Com.

At hoc solum est verum in casu, quo alias licere Episcopo ad titulum patrimonii Clericum ordinare, puta ex necessitate, aut commoditate Ecclesiæ; tunc namque sicut patrimonium subrogari potest totum in locum totius beneficii, juxta Trid. relatum, ita pars in partem.

52 Hoc tamen casu secluso, defectus beneficii non potest suppleri per patrimonium etiam pingue, ex Const. Innoc. XII. relata n. 40 ubi Pontifex expresse ait, se velle omnino servari Decreta Trid. adeoque cum Trid. *et. (extra præmissam necessitatem, &c.)* prohibeat, quem ordinari titulo patrimonii, consequenter prohibet, beneficium per patrimonium, sive in totum, sive in partem suppleri.

53 Eandem prohibitionem confirmavit Innoc. XII. in relata constit. n. 38.

54 Patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur, gaudet privilegiis bonorum Ecclesiæ, quia subrogatur in locum beneficii; est tamen subiectum solutioni decimarum juxta locorum consuetudinem, Fagnanus *lib. 3.*

55 In collatione cum aliis fratribus tenetur, quis patrimonium computare loco legitima, nisi de expressa voluntate patris, potentis sine præjudicio legitime aliorum, patrimonium filio assignare, constet contrarium.

Examen Ecclesiast.

56 Secunda, *quod sit perpetuum, constitutum super ve cetera, & immobilis.* Unde non potest quis ordinari ad titulum suæ industrie, laboris, aut artis, ex Decl. Sacr. Congr. Concilii. *Non potest promoveri, qui ex industria, vel labore honesto lucratur (puta quod sit musico, Magistro grammaticæ, Piscator, vel alterius licite professionis) insufficientia ad sustentationem vitæ.* Apud Gobat *tom. 1. rr. 8. n. 626.* Nec potest quis ordinari ad titulum Vicariæ, aut Capellanie amovibilis.

57 Sufficit ad patrimonium census redimibilis, cautione tamen præstita, ut in casu redemptionis, capitale deponatur Judicis decreto apud personas idoneas, ut iterum census constituatur.

58 Sufficit titulus præfationis perpetui Beneficii consentiens in distributionibus quotidianis perpetuis: servitii perpetui alicuius Ecclesiæ habentis fructus congruentes, aut Capellanie perpetuæ: æquivalent enim Beneficium. Hinc qui obtinens Capellaniam in Capella Papæ, ad Sacros Ordines promovetur: *v. tom. 1. ver. Beneficiati.*

59 Tertia, *quod possideatur pacifice.* Hinc non debet esse litigium, etiam si litigium sit super possessione. Non sufficit spes, etiam certa, aut jus ad beneficium, pensionem, vel patrimonium. Nec quod Ordinandus sit jam presentatus, aut electus ad Beneficium, etiam si proficisceretur, &c. injuste impediatur, quia Concil. exposcit pacificam possessionem ante Ordinationem, ut *nom. 48.*

60 Qui Beneficium possidet, potest ad Sacros Ordines promoveri, quomvis fructus illius non statim, sed certo post receptum Sacerdotium sit percepturus. Leander, in *Catropal. Garzias. Art. à Sp. S. & aliis de Ordine infra contra Philibertum:* Quia vere de presenti Beneficium pacifice possidet, quod Trid. exposcit.

61 Denique posse quem ordinari sine sufficiens Beneficio, patrimonio, &c. maxime ubi adest Sacerdotum penuria, cum sola fidei iussione alimentorum, quatenus quis potens, & valens pondere se necessaria Ordinandi ministratur, docent Leander, & apud ipsam Dian. *p. 5. r. 10. ref. 48.* cum aliis contra Philibertum; quia hic est satis, & certo provifus de congrua sustentatione, quod est finis Concilii.

62 Ordinatus jam in Sacris non potest, nec licite, nec valide, Beneficium resignare, nec patrimonium alienare, donando, vendendo, permutando, &c. nisi de illo partem ad suam congruam sustentationem sufficientem in

Q 3 recti

retineat, aut nisi aliud obtinuerit, unde commode vivere possit; Et tunc, non nisi de licentia Episcopi, qui post diligens examen de sufficientia iudicet.

63 De promissis tribus conditionibus aliquid tangit Innocent. XII. in sua Constit. num. 40. & 44.

Q U E R E S I.

64 An, qui Ordines Sacros suscipit cum beneficio, aut patrimonio scto, suspensionem incurrat?

Peccare mortaliter, in quantum facit testes falsum iurare, sed non incurere censuram tenent Calpolea de Ord. n. 27. p. 12. Dian. p. 2. n. 16. ref. 5. p. 5. n. 10. ref. 50. Anton. à Spir. S. n. 19. disp. 4. à n. 129. Gebart tom. 1. n. 8. n. 404. & quamplures apud alios. Ratio est: quia Trid. innovat penam suspensionis per Sacros Canones antiquos irrefectam sub hac clausula, nisi prius legitime constet, eum beneficium, aut patrimonium, quod sibi ad vicium honeste sufficiat, pacifice possidere; quando autem quis cum scto patrimonio promovetur, jam legitime constat per informationes (licet per falsos testes) eum pacifice patrimonium possidere, adeoque suspensionem non incurrit.

65 Refp. eum suspensionem incurere, Leander de Ord. n. 6. disp. 9. q. 4. Fagnan. in lib. 3. Decr. e. Canon sciendum, tit. de pœnitentiis, Rodr. Benacim. Ledesma, & quamplures apud eos. Ratio est: quia qui ordinatur cum beneficio, aut patrimonio scto, revera ordinatur sine titulo; nam beneficium, & patrimonium sctum, revera non est beneficium, nec patrimonium. Tum quia (ex Fagnano) totus finis Sacrorum Canonum, e. Neminem, e. Diaconi, & e. Pastoralis, de receptis, atque etiam Trid. innovantis, fuit ne Clerici mendicarent, cum hoc cedat in defectu status; ad quod inconveniens vitandum duas statuerit pœnas. Unam suspensionis ex parte Ordinatis sine titulo, nam pena suspensionis retrahit Clericum, ne sine titulo exerceat, & si ordinatur, jam suspenditur ab exercitio Ordinis; & tunc si mendicet, non est tam inconveniens, dum Ordinem non exercet. Aliam ex parte Episcopi Ordinantis, nimirum ut Episcopus scienter Ordinatur teneatur de mensa Episcopali Ordinato sine titulo alimenta præstare; unde sublata per absolutiorem suspensionem Clerici, remanet pœna in Ordinate.

Data autem sententia, quod qui Episcopus decipit, & cum scto patrimonio ordinatur non esset suspensus, inconveniens illud non vitaretur; nam ex una parte Clericus sic

promotus non esset suspensus, adeoque possit Ordinem exercere, ex alia parte non possit ab Episcopo alimenta petere, nec ille ad ea teneretur; quia promovit deceptus, & bona fide (post diligentiam adhibitam) putans verum patrimonium habere; adeoque esset in periculo mendicandi, quod Sacri Canones, & Conc. sunt acriter detestati.

66 Ex quo fit, penam suspensionis per antiquos Canones contra Ordinatos sine titulo fulminatam, non fuisse à Trid. correctam, & ad præfatam clausulam reduclam, sed absolute innovatam. Quod maxime liquet ex eisdem sine: *Qui curis arduis, ac fallacis confessionis, se beneficium Ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere;* ad quas artes, fallacias, & sctiones beneficii, aut patrimonii extirpandas, immediate penam suspensionis antiquorum Canonum contra Ordinatos sine titulo fulminatam innovat. Unde in illa clausula, nisi prius legitime constet, per legitimum, & adæquatum actum iudicis atque, nimirum informantes, & iudicium, seu determinationem, & approbationem Episcopi. Dum enim Trid. expresse vult fallacias, & sctiones patrimonii excludere, per hoc ipsum vult scelas, & fallaces informationes excludere. Quod clarius.

67 Denique Fagnan. cit. assert. Decr. Sacr. Congr. his suis verbis:

Die 27. Novemb. 1610. S. C. Conc. proposito supra dicto dubio, omnium sententis consensu, hoc casu penam suspensionis ante Concilium non fuisse correctam, & hodie à Trid. Conc. esse innovatam, & propterea huiusmodi Clericum, qui adhibito deolo, consensuque titulo Ordinateorem decipit, esse ipso iure suspensum, carereque Ordinis executione.

Hæc sunt verba Fagnani.

68 Colligitur etiam ex Constit. Innoc. XII. n. 44. denique Synodo Panormitana de ann. 1652. & 1681. suspensionem contra huiusmodi fulminat, his verbis:

Ne vero fraudè diligentiam nostram tentent forte eludere per retrodationes, cessiones, aliaque pacta: declaramus, sctissimum esse patrimonium illud, quod ab aliquo possidetur cum prævio pacto non exigendi fructus annuos, vel eos retrodandi, vel quomodolibet retrocedendi. Declaramus etiam in pœnam suspensionis à iure impositam eos incurere, qui cum hoc & sctissimo & simulato patrimonio ad sacros Ordines accesserint, eandemque pœnam suspensionis ipso facto incurrendam, sic & quatenus opus est, denique injungimus.

Et

Et ne ullus fraudibus locus restet, præcipimus Ordinandis sub titulo patrimonii, ut præter scripturas, quas ad hunc finem præsentare tenentur, jurare quoque debeant, verum, & legitimum esse patrimonium, nec ulla fraude, & simulatione consecutum, quod juramentum præstare etiam debet, qui patrimonium confert; de quo præfinito juramento, atque patrimonii sctitate, & quod in eo serventur sacrosancti Concilii Tridentini dispositiones, Vicarius Foraneus loci fidem faciat; alias sciant perjurii severe à nobis se esse puniendos.

70 Qui promovetur ad Ordines sacros sine titulo, & pactum facit cum Ordinateore, aut Præsentatore non petendi ab eo quidquam pro alimentis, per hoc quod ordinetur sine titulo, est absolute suspensus ab exercitio Ordinis sic suscepti. Et Ordinateor suspenditur à collatione Ordinum per triennium; in cap. penult. de simonia, & in c. per tuas, de simonia. Qui textus respiciunt circumstantiam simonia; nam talis collatio, quæ per presentationem, censetur facta ex pretio, quatenus qui ordinatur, ut ordinetur, remittit collatori debitum: quod haberet ex iure, alimenta præstandi. Et solum loquuntur de pacto inito cum collatore, aut præsentatore; minime cum alio.

71 Qui habet patrimonium, sed insufficienti, fingit autem sufficiens, incurrit suspensionem, si defectus sit notabilis, juxta dicta de facto patrimonio; minime si defectus sit modicus.

72 Patrimonium sufficiens dicitur, quod accedit ad summam præscriptam ab Episcopo loci, ad Episcopum enim ex Trid. spectat sufficientiam præscribere, ex Trid. num. 48. & ex Constit. Innoc. XII. n. 40.

73 Defectus notabilis erit, si deficiat quinta pars, v. g. ex viginti quinque deficiant quinque, Dian. p. 4. tr. 4. ref. 52. cum Sanchez & Navarr.

Q U E R E S II.

74 Qui promovetur ad Sacros Ordines cum patrimonio scto donato hæc sub conditione, ut post Ordines susceptos illud restituat donanti, An suspensionem incurrat?

Negat incurere Leander de ord. n. 6. disp. 9. qu. 5. & apud ipsum Ledesma cum aliis; quia hic non promovetur cum scto patrimonio, sed vero.

75 Nec obstat (ait) pactum; quia ordinatus non tenetur illi stare, nec patrimonium restituere, itaque in pœnam donantis, qui voluit Episcopum, & Ecclesiam decipere. Et maxime, quia ex Trid. cit. est interdicta promotio, & declarata nulla omnis alienatio patrimonii. Unde hic solum peccavit mortaliter ratione pacti,

quod inquit, quod nullum, & invalidum esse jure esse sciebat; minime censuram incurrit. Ita illi.

76 Dico, quod si talis promotus patrimonium accepit, non ut donatum, sed ut commodatum, ut illud ostenderet Episcopo, sicque deciperet, utique suspensionem incurrit; quia cum scto patrimonio est promotus, & inde tenetur illud restituere commodanti. Qui casus est attendendus; quia in dedecus status Sacerdotialis, & in fraudem Sacrorum Canonum auctoritate præfinitur. Idem dico, si recipit ut donatum cum pacto retrodandi, ex num. 69. quia est palliata donatio.

Q U E R E S III.

77 Quis cum patrimonio scto donato promovetur ad Subdiaconatum, & Diaconatum, postquam patrimonium (absque ulla ad id prævio pacto) donanti renunciat, absque eo, quod aliud ad congruam sustentationem sufficienti utrimque, & inde ostendens testimonium patrimonii renunciat, aut alienat, renunciatione tacita, Sacerdotium suscipit, An suspensionem incurrat?

Afirmo cum pluribus apud Th. Sanchez tom. 1. lib. 7. tr. 1. dub. 40. & 38. At ratio, quam adducunt, quia scilicet donatio illa sit valida, est falsa, ut visum est. Sed potius ratio erit, quia talis cum in re spoliatus esset fructibus patrimonii, æque se haberet, ac qui caretet patrimonio. Et frustraretur finis Sacrorum Canonum, qui est vitare in Sacerdotibus fordiosum quantum, & medicationem, v. num. 69.

78 Cæterum tanquam probabilis, Leander cit. qu. 6. Diana cit. ref. 52. Villal. Navar. & alii apud eos tenent hunc peccare mortaliter, sed suspensionem non incurere; quia talis renunciat, aut alienat id esse nulla, ex Trid. cit. adeoque hic Sacerdotium suscipit cum vero patrimonio; nam ex reg. juris in 6. Non præstat impedimentum, quod de iure non foris est effectum.

Tum quia Trid. non imposit novam penam, sed penam per antiquos Canones impositam innovat, & hæc est penam suspensionis, non contra resignantes, aut alienantes, sed contra eos, qui sine titulo Ordines sacros suscipiunt, Ant. à Spir. S. de ord. tr. 9. disp. 4. n. 137. Et id odiosè non fit extensio. Ita illi.

Q U E R E S IV.

79 Quis patrimonium amisit: Quid dicendum? **C**Alius potest diversis modis contingere, ideoque varia erit solutio. Vel hic amisit, antequam Subdiaconatum susciperet. Et hic licite ordinari non potest, quia vere est sine titulo, & cadit contra tum Tridentini præceptum.

80 Vel hic amittit post Subdiaconatum suscipiendum, & sine culpa. Et hunc ad alios Ordines promovendi non posse, docet Callitropal. *de Ord. p. 9. n. 4.* cum Suario; quia revera est sine patrimonio, quod Trid. exposcit, ut quis ad Sacros Ordines promovetur.

Rite autem plures graves Doctores putant in hoc casu dandum esse locum epikeje, & benignae interpretationi: Nimirum, quod si Episcopus cognoscit, quod ille in Subdiaconatu remanens, cogere turpi questu vicium querere, aut mendicare spes autem adesset, ut ad Sacerdotium promotus honestius sustentaretur; tunc posset cum eo dispensare. Ita Tamb. *de Ord. c. 6. §. 4. n. 29.* Ant. à Spir. S. *de Ord. tr. 9. disp. 4. num. 131.* cum Avila, & Henric.

81 Dixi, sine culpa, quia sicut, ubi nulla est culpa, nulla debet esse poena, & converso culpa correspondet poena; & nemo debet reportare gaudium de sua culpa. Unde hic, si sua culpa patrimonium amittit, non potest licite ad reliquos Ordines promoveri.

82 Nec juvat dicere, quod jam factus Sacerdos, si patrimonium sua culpa amittat, non prohibetur celebrare. Nam hic saltem est ab Episcopo ab altari arcendus, donec de sufficienti patrimonio sibi provideat. Et ulterius est aperta disparitas; nam hic omnes Ordines sacros suscipit sine impedimento, & cum vero patrimonio. In casu autem susciperet cum impedimento, defectu patrimonii. Ita Tamb. *de irreg. lib. 10. tr. 3. c. 20. n. 4.*

DE DIMISSORIIS.

83 Dimissorias suis subditis concedere possunt Episcopus, & Vicarius Generalis de ejus consensu.

84 Prælati Regulares, minime locales, sed qui auctoritatem habent quasi Episcopalem, puta Provinciales, Abbates, ut in *rom. 2. num. 3.* eas concedere possunt suis subditis ad quemcunque Episcopum, ex privilegio Clem. VIII. apud Dianam *p. 3. tr. 2. ref. 7.* etiam Novitius, Diana *cit. c. p. 4. tr. 4. ref. 7.* Ant. à Spir. S. *de Ord. tr. 9. disp. 4. n. 70.*

85 Cæteri inferiores Prælati etiam exempti non possunt suis subditis secularibus dimissorias concedere, nisi adit consuetudo præscripta, aut privilegium habeant.

86 Capitulum Sede vacante, vel ejus Vicarius intra annum vacationis à morte Episcopi non potest licite dimissorias concedere sub poena interdicti Ecclesiastici. Ipsi vero Ordinati, si in minoribus, privantur privilegio Clericali: si in majoribus, suspenduntur ab

executione Ordinum ad beneplacitum futuri Prælati. Nisi quis vigore alicujus beneficii recepti, aut recipienti, auctoritate fuerit ad Ordinem suscipiendum, in quantum scilicet obtinuerunt, vel vocati sunt ad obtinendum beneficium annexum Ordini, uti est Ecclesia Parochialis, Canonicius, aut Capellania requirens Ordinem: huic quidem potest Capitulum Sede vacante, & intra annum dimissorias concedere. Ita Trid. *sess. 7. de ref. c. 10.* Anno autem viduitatis scilicet, libere potest dimissorias concedere.

87 Dimissoriarum non expirat morte concedentis, vel eo ab officio cessante, nisi revocentur per successorem; quia est gratia facta, Leander *de Ord. tr. 6. disp. 10. q. 12.*

88 Si quis sine dimissoriarum proprii Prælati aliquem Ordinem sacrum suscipiat, Ordinatus est suspensus ab Ordinum collatione per annum, & Ordinatus est suspensus à suscipiendi Ordinis executione ad arbitrium proprii Prælati. Idem die de subdito regulari in ordine ad suum Prælatum regularem. Si vero sic Ordines minores suscipiat, non incurrit suspensionem, nec si in eis ministrat, irregularitatem. Ex *extravag. S. Pii V. cum ex sacrorum*; sed peccaret mortaliter, nisi Prælatus dictam suspensionem ratam haberet, Trid. *sess. 23. de reser. c. 8.*

QUÆRES I.

89 Subditus Archiepiscopi Panormitani Messinæ existens requisivit dimissorias à proprio Prælato, quibus tamen concessis, antequam perveniret Messinam, falsas fabricavit. Et vi illarum suscepit Ordinem Sacrum, An sit suspensus?

R. Resp. peccasse mortaliter ratione fraudis, & præter animi Sententiam non est suspensus, Gobat cum Nav. *rom. 1. de Ord. tr. 8. n. 599.* Quia vere Ordinem suscipit cum dimissoriarum veris.

QUÆRES II.

90 Qui dolo & fisione propriam Episcopum decipiendo, ab eo obtinuit dimissorias, in quantum suis ordinatus in Sacris, An sit suspensus?

A. Firmant Suarez, Reginald, & alii apud Dianam *p. 5. tr. 10. ref. 55.* quia facultas non extenditur ultra mentem concedentis; unde hic ordinatur sine licentia.

Resp. peccare mortaliter, sed non esse suspensum, quia licet dolo, & cum fisione obtinuerit, revera tamen ordinatur cum dimissoriarum veris.

Non obstat casus de *n. 64.* de eo, qui ordinatur cum patrimonio ficto, quem suspensum esse diximus; quia in casu de patrimonio ficto tenet ex parte patrimonii; ita ut non sit verum, quod qui sic ordinatur, ordinatur cum patrimonio vero: in casu vero de dimissio-

missio-

missoris, fictio se tenet ex parte modi obtinendi, minime ex parte dimissoriarum; ita ut verum sit, quod, qui sic ordinatur, ordinatur cum dimissoriarum veris.

91 Quod si fictio, & falsitas se teneat ex parte dimissoriarum, quatenus quis eas falso fabricavit; eodem modo discurrat, quod sic ordinatus, sit suspensus.

DE FURTIVE PROMOTO.

92 Furtive promotus dicitur ille, qui sine scientia, ac voluntate Episcopi, sed potius contra ejus voluntatem, cum aliis Ordinandis se immiscet, & Ordinem suscipit, ut in *rom. 1. de irreg. ex delicto.*

Hic suspenditur *cap. 1. de eo qui furtive*, arbitrio Episcopi, poenitentia imposita pro qualitate delicti.

93 Hæc poena solet irregularitas vocari, at (ut notat Tamb.) hoc parum refert, quoniam sufficit scire, eam posse Episcopum tollere, tam pro suscepto Ordine exercitio, quam pro ulterioribus suscipiendis.

94 Hic autem casus solet ab Episcopis reservari. Et est reservatus in *Diac. Panorm. sub n. 7.*

DE ÆTATE ORDINANDI.

95 Ætas non est computanda à die conceptionis, nec à die susceptionis baptismi, sed à die, & hora nativitatis: Nec requiritur ad valorem *ex n. 21.* sed ad licitum ordinationem, & ex jure Canonico.

QUÆRES I.

96 An sufficiat, quod annus sit inchoatus per unum, aut dimidium quadrantem?

Sanchus, & Bonac. exposcunt unum diem, aut dimidium diei, Diana ait, sufficere unam horam.

R. Resp. sufficere, quod sit inchoatus per unum, aut dimidium quadrantem, Leander *de Ord. tr. 8. disp. 6. qu. 7.* Gob. *rom. 1. tr. 8. num. 517.* & Ant. à Spir. S. *de Ord. tr. 9. disp. 4. sect. 3.* cum Juribus.

Quæ sententia est mihi certa; quia ex Trid. *sess. 23. de reser. cap. 12.* habetur: *Nullus ad Subdiaconatus Ordinem ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum quintum ætatis sue annum promovetur.* Ex quo sic formo discursum: Illa ætas ad Subdiaconatus Ordinem licite suscipiendam requiritur, & sufficit, quia verificatur, quod in ea constitutus non promovetur ad Subdiaconatus ante vigesimum secundum; & ætas anni vigesimi secundi per solum quadrantem, aut dimidium quadrantem inchoatus est talis, ut in ea constitutus non promovetur ad Subdiaconatus ante annum vigesimum secun-

dum; igitur ætas anni vigesimi secundi per solum quadrantem, aut dimidium quadrantem inchoatus, requiritur, & sufficit ad Subdiaconatus Ordinem licite suscipiendum. Quoniam enim est constitutus in medio quadrante anni 22. vere, & physice attingit annum 22. adeoque non potest dici ante annum 22.

QUÆRES II.

97 An qui ætatem attingit hora quarta, vel quinta Sabbati, possit mane ejusdem diei Ordinem Sacrum licite suscipere?

A. Firmant Leander *cit. q. 8.* Anton. à Spir. Sanchi. *cit. n. 87.* Diana *p. 2. tr. 2. ref. 20.* Quia in hoc casu vespera diei trahitur ad mane cum ex utroque fiat una dies. Unde morali continuatione, qui sic ordinatur, ordinari dicitur in anno 22. aut 25. Ita illi.

Resp. non posse, Villal. *de Ord. tr. 12.* & Navar. pro oppositam rationem; nam iste mane non elset vere & physice constitutus in anno 22. sed per medium diem ante ann. 22. adeoque vere & physice diceretur promovetur ante annum 22. quod est contra Trid. Unde sententia affirmativa non est prædicanda.

Gobat *cit. n. 24.* ait, posse ex gravi causa prædicari, & anno 1673. iussisse cuidam, cui decerat octo hora, & erat auctoritate benedictæ, & sicuti suacionem corroborasse doctrina de annis bisextilibus.

QUÆRES III.

98 Petro defuit unus aut alter dies, ut annum 22. attingat, & Subdiaconatus suscipiat: quia tamen ex quinque annis, bisextilibus sue vite tempore defuisti, sibi suspensus quinque dies, quibus non solum potest compensare duos dies defectus, sed etiam excedere ætatem debitam per tres dies, An possit dictis diebus uti, & licite ordinem sacrum suscipere?

Gobat *cit. n. 533.* ad 538. refert opi-nionem Pelliciarum affirmantem, addens eam fuisse prædicatam Mantue, insuper eam semel confirmasse ex gravi necessitate, videlicet ex Sacerdotum penuria. Ratio est; quia anni à jure requisiti sunt anni ordinarii, & constantibus 205. annus autem bisextilis constat ex diebus 366. qui excessus unius diei est physicus, & realis; nam computatio duorum dierum pro uno mense Februarii est moralis, quatenus bis pronunciatur sexto Kalendas Martii: revera tamen sunt duo reales, & solares, continentes duas reales circulationes, singulas viginti-quatuor horarum, & minutuum sex, ex quibus horis dies realis & naturalis constituitur, ita ut Februarius, qui aliis annis continet dies 28. anno bisextili

con-

continet dies 29. igitur excessus quinque dierum in casu est realis, ac inde videtur, quod eo uti possit Petrus.

99 Accedit gravis ratio: Post correctionem Gregorianam ob intercalationem decem dierum à Gregorio XIII. factam, datum est dubium, An decem illi dies ablati, essent ab ordinandis supplendi: Et responsum fuit sub Sixto V. quod non; sed abque decem illis diebus dies debere annum integrum, *Port. ver. Noviss. annus n. 43.*

Quo præmissis, discursus formatur. Potuerunt juvenes Ordinem Sacrum suscipere non expectatis decem illis diebus, quia erant dies excessus ex ordinariis annis dierum 365. qui proinde sine illis fuerunt reputati integri; igitur poterit Petrus, cui unus, vel alter dies deficit, Ordinem sacrum suscipere pro se utendo quinque diebus, qui ex quinque annis bissextilibus superant, quia sunt dies excessus ex ordinariis annis dierum 365, qui proinde sine illis quinque diebus reputandi sunt integri.

His potius pro lectoris oblatamento relatis.

100 Respondendo, non posse Petrum licite Ordinem sacrum suscipere supplendo ætatis defectum per usum dierum ex annis bissextilibus supra deductis, *Rostr. in quæst. Regul. to. 3. q. 15. art. 5. cum communi.*

Ratio est; quia anni ordinarii, & à jure requisiti, sunt accipiendi civiliter, & politice; civiliter autem, & politice, in numeratione annorum non habetur ratio annorum bissextilium, & dierum, qui excedunt; sed quilibet annus ordinarius dicitur, sive bissextilis sit, sive non: *Constat ex casu decimo in l. denique di. 29. cenz. ff. de minoribus 25. annis §. minorem.*

101 Minorem autem 25. annis natu videndum, an etiam diem natalis sui adhuc dicimus antehoram, qua natus est; ut si captus sit, restituitur; & cum nondum compleverit, ut erit dicendum, ut à momento in momentum tempus spectetur. Proinde, & si bissextilis, ut natus est, sive prior, sive posterior die;

102 Celsus scripsit, nil referre; nam id biduum pro uno die habetur, & posterior dies Calendarum intercalatur.

Qui accedit praxis, & communis usus Ecclesiæ, à quo nullo pacto est recedendum.

QUÆRES IV.

101 An ordinatus ante ætatem bona fide, cum ignorantia, aut inadvertentia defectus, sit suscipiens?

Resp. negative, juxta dicta in tom. 1. num. 28. Villal. Bonac. & ccm. apud Ant. 2. Spirit. Sanct. de Ord. n. 9. disp. n. 89. quia tam

in Bulla S. Pii V. quam Sixti V. habetur hæc particula, *Presumptis.* Unde ad incurrandam censuram requiritur præsumptio, & inde scientia: quapropter ignorantia etiam culpabilis, si affectata non sit, excusat.

Hinc ite accedente notitia defectus, ut qui ab Ordine suscipit ministerio desistere, tunc qui restituitur tenetur ex re accepta. Accedente autem legitima ætate, potest in eo ministrare.

102 Ad differentiam ejus qui malâ fide, cum dolo, & temeritate suscepit; hic nanque est ab eo Ordine, non quidem abaliis suspensus, Ant. à Spirit. Sanct. cit. n. 88. *Tr. p. 3. r. 4. ref. 182.* Et ætate accedente, non potest in eo ministrare, nisi prius à censura Pape reservata absolvatur.

103 Quæ censura potest tolli ab Episcopo, si fuerit occulta, aut per Bullam Cruciatæ, ut in tom. 1. de Censuris, & panis; & de reſervatis.

De ætate ad alias dignitates.

104 Ad Papatum nulla in jure præſcribitur ætas; non tamen potest eligi infans, qui usum rationis non habet; nam est Pastor, & Summus: Requiritur ex jure, quod eligatur per duas partes Cardinalium.

105 Ad Episcopatum requiritur annus trigessimus completus, ex cap. *Cum cunctis, de Decretis*, & Bulla Greg. XIV. Eadem ætas requiritur pro Cardinalibus etiam Diaconis, ex Trid. *sess. 23. de reform. c. 1.* Ex concessione tamen Sixti V. Cardinalis Diaconus creari potest ætatis annorum 22. In Gallia sufficit, quod Episcopus attigerit annum 27. ex speciali indulto Leonis X.

106 Ad Canoniciatum in Ecclesia Cathedrali, ad Beneficium curatum, & quilibet dignitatem Ecclesiasticam cui subest cura animarum, requiritur annus 21. inchoatus, Trid. *sess. 24. de reform. cap. 12.* Quod dispositio extenditur ad dignitates Regulares, quamvis sint beneficium manualia, & amovibilia.

107 Ad dignitates, aut personatus, quibus cura animarum non subest, sufficit ætas 22. inchoatus, ex verbis Trid. *cit. Ant. 22. non minores aſſeſſantur*, Gobat tom. 1. r. 8. n. 517. cum multis idem tenet de Collegiatis.

108 Ad beneficia simplicia sufficit annus 14. inchoatus, Trid. *sess. 23. cap. 6. v. n. 277.*

PRIMA TONSURA

109 **N**on est Ordo, sed dispositio ad Ordinem: nec est necessaria ad Ordines quod valorem, sed ex præcepto.

Definitur, quod sit signum distinctivum ministerii Ecclesiæ à plebe communi.

Tot-

110 Tonſura, seu corona fit per rationem capillorum, ad significandum, quod qui vult Deo ſervire, debet ſuperfluitati terrenorum renunciare, quia Clericus fit hæres Dei. Fit vero in capite, ad significandum, quod Clericus habere debet mentem elevatam ad Deum.

111 Per primam tonsuram quis fit Clericus capax Beneficiorum Ecclesiasticorum, & privilegiorum Clericalium.

112 In prima tonsura abſciſſio capillorum ſtat loco materiæ; loco autem formæ ſunt verba ab Episcopo, & ab ordinando ſimul prolata, *Dominus pariter hereditatis mee, & pars mea Deus in æternum*: dixi, loco materiæ, & loco formæ, quia prima tonsura, cum non fit Ordo, non conſtat materiæ, & forma proprie dicta.

OSTIARIATUS

113 **E**t potestas, per quam ordinatus in Ordo, si sit prius potest recipere dignos, & excludere indignos ab Ecclesia, & eam custodire.

114 Materia remota sunt claves Ecclesiæ; materia proxima est traditio, & acceptatio clavium. Forma sunt verba prolata ab Episcopo: *Sic age, quasi rationem Deo reddaturus pro his rebus, que his clavibus recluduntur.*

115 Uade munus Ostiarii est aperire, & claudere januas Ecclesiæ, custodire ea; que in illa adſervantur, pulsare campanas, recipere dignos, & excludere indignos, ſcilicet infideles, & eos, quibus non licet intereſſe facris. Quamvis autem Laici exerceant, quæ ad minores Ordines ſpectant, id tamen non agunt ex officio.

116 Ostiariatus ſuit inſtitutus à Chriſto, quando dixit: *Accipite portas, principes, veſtras, & elevamini porte æternales*; & quando ementes & vendentes eiecit de templo.

LECTORATUS

117 **E**t potestas, per quam ordinatus in Lectorem potest legere lectiones, & Prophetias.

118 Materia remota est liber sacras lectiones, videlicet Epistolæ, & Prophetiæ, continens, qui dicitur lectionarius; materia proxima est ejusdem libri traditio, & acceptatio. Forma sunt verba illa: *Accipite potestatem, & iste verbi Dei lector.*

119 Unde munus Lectoris est annunciare populo verbum Dei, legendo ex libro, non prædicando, legendo ſcilicet Prophetias, & ſacras Scripturas, & Evangelium, ſed extra Miſſam, qui in hac est munus Diaconi. Item

Leſtorimus eſt, catechumenus in fide eruditus.

120 Ordo Lectoratus ſuit inſtitutus à Chriſto, quando in medio ſeniorum librum Iſaie Prophetæ aperuit, & completa lectione prophetiæ clauſit, & dedit miſiſtro.

EXORCISTATUS

121 **E**t potestas, per quam ordinatus in exorcistam potest expellere diabolum, ne impediatur aliquem à ſumptione Eucharistiæ.

122 Materia remota eſt liber exorcismiſmorum, materiæ proxima ejuſdem libri traditio, & acceptatio. Forma ſunt verba illa: *Accipe, & commenda memorias, & habe potestatem imponendi manus ſuper emergentes, ſive baptizatos, ſive catechumenos.*

123 Unde munus Exorcistiæ eſt imponere manus ſuper energumens, & ſuper illos legere exorcismos, ut à demonis obſeſſione liberentur.

124 Ordo Exorcistiatus ſuit inſtitutus à Chriſto, quando tetigit aures ſurdi, & muti, dicens, *Ephphra, quod eſt adaperire*; & quando de Maria Magdalena ſeptem demonia eiecit.

ACOLYTATUS

125 **E**t potestas, per quam ordinatus in Acolytum potest accendere luminaria, & portare ureolos cum vino, & aqua.

126 Materia remota eſt duplex, una eſt candelabrum cum cereo extincto, & alia ſunt ureoli vacui; materiæ proxima eſt horum traditio, & acceptatio. Forma pariter eſt duplex, una: *Accipite cenſervarium cum cereo, ut ſcias te ad accendenda Eccleſie lumina mancipatum in nomine Domini*; alia: *Accipite ureolos ad ſuggerendum vinum, & aquam in Eucharistiâ Sanguinis Chriſti in nomine Domini*; in Acolytatu igitur ſunt duæ materiæ, & duæ formæ parciales.

127 Unde munus Acolyti eſt ponere candelabra ad altare, candelas altaris accendere, ureolos cum vino, & aqua præparare, & Subdiacono porrigere.

128 Ordo Acolytatus ſuit inſtitutus à Chriſto, quando dixit: *Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vite.*

SUBDIACONATUS

129 **E**t potestas, per quam ordinatus in Subdiaconum potest portare calicem cum vino ad altare, præparare necessaria ad Eucharistiâ, & legere Epistolam.

Materia remota eſt duplex partialis; prima eſt calix vacuus, & patena vacua, ſine vino ſcilicet, & hoſtia; ſecunda eſt liber Epistolarum. Materiæ proxima eſt horum traditio,

& ac-

& acceptatio. Forma pariter partialis est duplex. Prima correspondens primæ materiæ, videlicet verba illa: *Videte, cuius ministerium vobis tradidit; id est vos adiuuato, ut ita vos exhibeatis, quod Deo placere possitis*: ubi priora verba habent rationem formæ, posteriora vero idem. Secunda correspondens secundæ materiæ sunt verba illa: *Accipe librum Epistoliarum; & habe potestatem legendi eas in Ecclesia sancta Dei, tam pro vivis, quam pro defunctis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*.

120 Unde munus Subdiaconi est Diacono ministrare calicem, & patenam in usum sacrificii eidem afferte, panem consecrandum pro populo in altari ponere, Epistolam in Missa solemniter canere, Crucem in Processionibus gestare, palia, altaria, & corporalia abluere.

121 Ordo Subdiaconatus fuit institutus à Christo, quando in Cena linteo se præcinxit, & pedes discipulorum lavit.

DUBIA RESOLVUNTUR.

131 **S**i traditur calix sine patena, vel e converso, invalida est ordinatio.

132 Calix, & patena non consecrata sufficiunt ad valorem Ordinis, quia nullo iure præcipitur debere esse consecrata; idque est certum in Sacerdotio, quia huius materia propria est hostia, & vinum, quæ sufficiunt ad valorem Ordinis, & solum propter congruentiam traduntur in calice, & patena, *n. 176.*

134 Traditio, quæ est materia proxima, tam in Subdiaconatu, quam in Diaconatu, & Sacerdotio, fieri debet ab ipso Episcopo ordinante sub pœna nullitatis; quæ invaliditas non apparet ita clare in minoribus Ordinibus, nam olim non ab Episcopo, sed ab Archidiacono tradebatur materia Acolyto.

135 Ad valorem non sufficit contactus moralis materiæ, qualis est, si ordinatus aliquo gestu corporis, v. gr. manus extensione significaret se materiam, quam Episcopus offert, & tradit, acceptare, ut putant nonnulli; sed requiritur contactus physicus. Non est autem necesse, quod contactus sit magnus, aut diuturnus, sed sufficit levis, & brevis; imò sufficit, si una manu, aut digito tangas, sic enim humano modo quælibet res sufficienter offert, & dicitur tacta. Nec est necesse, quod contactus sit immediatus, sed sufficit mediatus, ut si tangas Calicem, & patenam velo cooperta, *v. tom. i. de Sacram. de materia, & forma.*

136 Demum non est necesse, ut contactus physicus materiæ fiat simul physice cum pro-

latione formæ; sed sufficit, si fiat simul moraliter, hoc est paulo ante, vel paulo post; unde mora, & distantia physica debet esse valde parva, ita ut verum moraliter sit dicere, quod dum Episcopus proferit formam, ordinandus tanq. mat. materiam. Ratio autem est, quia Sacramentum cum sit compositum morale, & non physicum, non aliam partium, nempe materiæ, & formæ, simulatem expoficit, nisi moralem, qualis in actibus humanis requiritur; unde in Sacramentis tanta debet esse simulata materiæ, & formæ, ut secundum moralem hominum existimationem, spectata natura cuiuslibet Sacramenti, una alteram efficiat, videlicet ut verba concelebrantur in talem rem cadere, & cum ea unum totale signum, & Sacramentum constituere.

137 Hinc in consecratione Sacramenti Eucharistiæ palia debet esse physice præsens, quia hæc presentiam significat pronominia demonstrativa formæ; *hoc, hic* non ita est in Sacramento materiæ traditio finitur, formæ prolatio incipit, aut e converso, ut communiter Doctores docent de Baptismo.

138 Subdiaconatus ex vi Ordinis duas subit obligationes, castitatem servandi, & horas canonicas recitandi.

139 Officium divinum recitari debet *attente, clare, & devote, ut in tom. i. de Horis Canonicis.*

140 Præceptum incipit à puncto Ordinationis peractæ, seu impressionis characteris Subdiaconatus. Unde ordinatus post sextam, solas tres reliquas horas recitare tenetur, *Goibat tom. i. pp. 5. n. 561.*

141 Qui manet ante Subdiaconatus susceptionem, aut professionem emissionem, Officium recitavit, non tenetur iterum postea recitare, Diana *p. 6. ar. 7. res. 18.* cum aliis contra Bonac. quia prout anticipare solvere. Quod si defecit, defectus fuit quoad modum, non quoad substantiam. Cæterum in materia iustitiæ quis condemnabit anticipatæ solvendum?

142 Religiosus, qui ex vi Regulæ tenetur ad castitatem, & ad horas Canonicas, si castitatem frangat, aut Officium omittat, non tenetur in confessione explicare circumstantiam Ordinis facti, quia non mutat speciem, sed solum aggravat: ex Tridentino autem *sess. 14. cap. 5. & can. 7.* tenetur in Confessione aperire eadem speciem aggravantes.

143 Psalmi Penitentiales, quos Episcopus in ordinatione recitandos imponit ordinandis

in

in minoribus, Nocturnum Subdiacono, & Diacono, & tres Missæ Sacerdoti; non obligant sub mortali, quia ex nullo capite constat, quod imponantur in penitentiam, & ex præcepto, adeoque imponuntur in gratiarum actionem, & ex consilio.

144 Novitū Regulares ante professi omem non possunt ordinari in sacris ad titulum pauperatis; secus facientes incurrunt in suspensio nem.

145 Regulares invalida professione emissa ob metum, aut aliam causam, ita ut libere, & licite redire possint ad sæculum, si ordinantur ad titulum pauperatis, dupliciter peccant, & quia sine illo titulo, & quia sine di. missiois proprii Episcopi ordinantur, & ex Pio V. sunt suspensi; imò evadunt irregulares, si in Ordine licet suscepto morantur.

146 Ejesch fuit perpetuo suspensi.

147 Subdiaconus, & Diaconus sole mittere in mortali munitur, & sua munera exerceant, non peccant mortaliter sed venialiter; itaque à fortiori dicendum est de Clericis minorum Ordinum munera in mortali exerceantibus, quia in huiusmodi exercitio nec sciunt, nec recipiunt Sacramentum, in sola autem Sacramentorum confessione, & receptione tacta in mortali sit Deo gravis injuria; & hac ratione Sacerdos peccat mortaliter, & sacrilegium committit, si in mortali celebret; minime vero si in mortali exerceat benedictiones aquæ, salis, populi, &c. etiam si huiusmodi benedictiones cum Sanctissimo Sacramento Eucharistiæ fiant.

148 Item probabilius est, Sacerdotem non peccare mortaliter, sed venialiter, si in mortali Eucharistiæ tangat, & fidelibus porrigat, quia tunc non conficit Sacramentum, sed consecratum dispensat.

149 Clericus autem violans censuram, hoc est, si cum sit excommunicatus excommunicatione majori, vel suspensus, vel interdictionis exerceat culpabiliter, solemniter, & ex officio actus proprios Ordinum majorum, quos habet, sit irregularis.

150 Dixi: culpabiliter; primo, quia si ignores te esse excommunicatum, vel si id scias, ignores tamen violationi censuræ esse annexam irregularitatem, non evades irregularis.

151 Secundo, quia si ob vitandum scandalum, vel notabilem infamiam, cum excommunicatum Epistolam, aut Evangelium solemniter canas, vel celebres, non sis irregularis; imò nec ex hoc capite peccabis celebrando, si alias eris in gratia, & interim

non eris negligens in procuranda absolutio- nis censura.

152 Tertio, quia Sacerdos excommunicatus toleratus die festo, si non adit alius Sacerdos, qui celebret, & ne peccet, sit politus in gratia saltem per contritionem, potest licite celebrare, quia præsumitur populo sacrificium petere necessarium ad satisfaciendum præcepto.

153 Dixi: actus proprius, ad excludendos actus iurisdictionales, ut munus prædicandi in Diacono, & alios illos, quos Laicus exercere potest; quare quando a iuris actus Ordinis majoris, quoad sub tantiam exerceri potest à non habente huiusmodi Ordinem, sed tali, vel tali modo exercitus, est proprius d. h. Ordinis sic hoc modo à Clerico cenurato exerceat, incurratur irregularitas; minime, si exerceatur solum quoad substantiam.

154 Hinc si Acolytus, aut alius inferior cum Diacono, sed sine manipulo Epistolam, aut Evangelium sine stola canat, non sit irregularis, quia actus proprius Subdiaconi cum manipulo, & actus proprius Diaconi cum stola exhibetur, minime sine illis.

155 Dixi demum: Ordinum majorum, quia propter allatam rationem Clericus censuratus actus Ordinum minorum exercens non evadit irregularis.

156 Demum: si Clericus sub irregularitate prædictis actus Ordinum majorum exerceat, novam irregularitatem non incurrit; sed toties mortaliter peccat, usquequo à censura absolvetur, & super irregularitate dispensetur.

157 Irregularitas autem est impedimentum Canonicum, susceptionem Ordinum, & susceptionem usum impediens, non autem in ordine ad reliqua Sacramenta.

158 De Beneficiariis: *v. tom. i.*

DIACONATUS

159 **E**st potestas, per quam ordinatus in Diaconum potest proxime Sacerdoti in ministerio Altaris assistere, & Evangelium legere.

160 Materia est duplex partialis: prima est impositio manus dexteræ facta ab Episcopo supra caput Ordinandi; te unda est liber Evangeliorum, eiusque traditio, & acceptatio.

Forma pariter est duplex partialis: prima correspondens primæ materiæ sunt verba: *Accipe Spiritum sanctum; ad vobis; ad respiciendum diabolo, & tentationibus eius in nomine Domini*; secunda correspondens secundæ ma-

ma-

materia sunt verba illa: *Accipe potestatem legendi Evangelium in Ecclesia tam pro vivis, quam pro defunctis in nomine Domini.*

161 Unde munera Diaconi sunt quinque. Primum, Presbytero sacrificanti proxime assistere.

Secundum, Evangelium in Missa solemniter legere.

Tertium, in absentia Episcopi, aut Presbyteri, vel de eorum licentia solemniter baptizare.

Quartum, de Episcopi licentia populo predicare.

Quintum, in absentia, aut ex commissione Sacerdotis, & urgente necessitate, Eucharistiam ministrare. Communio enim ministratur est solus Sacerdos, sed ex commissione ipsius, urgente aliqua causa, & semper quando inflat mors alicujus. Diaconi minus est Eucharistiam ministrare, Sacerdote tamen deficiente.

162 Diaconus potest deferre pyxidem, in qua sunt particule consecratae, de uno in aliud altare, & tangere vas, in quo est Corpus Christi contentum; liquet ex praxi, quae in expositione, & processione Sanctissimi, Diaconus Lunulam, in qua est Eucharistia, e sacratio educit, intra sphaeram adparat, Sacerdoti portat, & iterum reponit.

163 Conventus est, ut, à Diacono purificatoria, & sumia in prima lotionem in sacrorum mittenda laentur; qua habita, licite possunt Laici, & mulieres, ac praesertim sacrae virginis: ea melius tangere: ceterum si prima lotio fiat à Laicis, certum est non esse mortale, si non adit contemptus, sed solum veniale.

164 Ordo Diaconatus fuit institutus à Christo, quando in Cena Corpus, & Sanguinem suum dispensavit discipulis: & complete, quando post Cenam sues Apostolos dormientes excitavit dicens: *Vigilate, & orate.*

165 Pro materia si non tradatur liber Missalis, sed alius Evangelia continens, putato ta sacra Scriptura, aut solum testamentum novum, valida est ordinatio: invalida tamen est, si tradatur liber, in quo non sint Evangelia, v. g. solum testamentum vetus.

166 Dices: In primordio Ecclesiae erat ordo Diaconatus, & Apostoli ordinabant Diaconos, & tamen non erat liber Evangeliorum, & Epistolarum: ergo liber Evangeliorum non est pars essentialis, & materia Diaconatus, sed solum caeremonia accidentalis: antecedens est certum, & consequentia sequitur, quia cum Sacramentum Ordinis sit insti-

tutum à Christo, etiam ejus partes essentialis, licetur institui à Christo, adeoque Ecclesia non habet potestatem eas quoad substantiam mutandi.

Respondeo, concessio antecedenti, negando consequentiam; ad cuius probationem dico, quod Christus materias, & formas Sacramenti Ordinis instituit non cum commoda determinatione, sed eas instituit veluti in genere, & reliquit in specie determinandas ab Ecclesia: Christus, inquam, instituit in materia Ordinis, positionem alicujus rei sensibilis, & in formam verba apta ad exprimendam potestatem Ordinis, qui confertur; & speciem autem ejus rei & signi determinationem reliquit Ecclesiae. In primordio autem Ecclesiae materia Diaconatus fuit impositio manus super caput Ordinandi, quae impositio in ordinatione Diaconi ortum habuit ab Apostolis; postea pro Graecis fuit ab Ecclesia determinata impositio manuum, tam in ordinatione Diaconi, quam Subdiaconi, & Sacerdotis; pro Latinis vero fuerunt determinata peculiaria instrumenta, & eorum traditio, quod instrumentum in ordinatione Diaconi fuit liber Evangeliorum additus pro materia impositionis manus. Nec officit, quod Apostoli in ordinatione Diaconi usi sunt folia manuum impositione, quia non determinaverunt in Ecclesia servandum illud signum visibile, quo ipsi usi sunt, sed ad fidei relictum arbitrio Ecclesiae, quae proinde potuit assumere librum Evangeliorum, utpote magis apte & clare experimentem potestatem Diaconi, adeoque Ecclesia non dicitur mutasse, & variasse materiam à Christo institutam; sed determinasse in specie materiam à Christo in genere designatam: v. tom. 1. de Sac. in gen. de materia, & forma.

PRESBYTERATUS

167 *Est potestas, per quam ordinatus in Presbyterium potest consecrari Corpus, & Sanguinem Christi, & remittere peccata fidelibus.*

168 Materia est duplex partialis. Prima est calix cum vino, & patena cum hostia, quae sunt materia remota: eorumque traditio, & acceptatio, materia proxima.

Secunda est ultima impositio manuum facta ab Episcopo supra caput Sacerdotis. Manus est materia remota, impositio proxima.

Dixi: ultima impositio, quia in ordinatione Sacerdotis praecedit alia impositio manuum facta ab Episcopo, & aliis tribus Sacerdotibus ordinationi assistentibus, sicut etiam

etiam praecedunt aliae caeremoniae, nempe impositio vestium Sacerdotium, facia unctio manuum, quae sunt de solemnitate, non de substantia Ordinis.

169 Forma potest esse duplex partialis. Prima primae materiae correspondens sunt illa verba: *Accipe potestatem offerendi sacrificium Dei, Missaeque celebrandi tam pro vivis, quam pro defunctis in nomine Domini.*

Secundae secundae materiae correspondens sunt verba illa: *Accipe Spiritum Sanctum; quorum remiseris peccata, remittentur eis, & quorum retinueris, retenta sunt.*

170 Ordinatus in Presbyterum duas accipit potestates: primam in Corpus Christi physicum, in ordine ad conficiendum Corpus & Sanguinem Christi; secundam in Corpus Christi mysticum, videlicet erga fideles, quoad absolvendum. Et utraque dicitur potestas Ordinis.

Unde munera principalia, & propria Sacerdotis sunt duo, nimirum Missas celebrare conficiendo Corpus, & Sanguinem Christi, & à peccatis absolvere: hoc tamen secundum munus ita se habet, ut non omnis Sacerdos possit à peccatis absolvere, sed ultra potestatem absolvendi in ordinatione collatam, requirit, quod habeat jurisdictionem, vel ordinariam, ut sit factus Episcopus, aut Patrochus: vel delegatam ab Ordinario supra fideles, ita ut, si quis absolvat cum sola potestate Ordinis, sine potestate jurisdictionis, invalide absolvat.

171 Imo simplex Sacerdos non potest absolvere, nedum à mortalibus, sed neque à venialibus, ex Decreto Innoc. XI. 12. Febr. 1679. ut in tom. 1. de Indulg. nisi in articulo mortis, in quo quilibet simplex Sacerdos, etiam excommunicatus, suspensus, irregularis, & degradatus, imo haereticus, potest quoslibet poenitentes absolvere à quibusvis peccatis, & censuris quomodolibet reservatis, quia in articulo mortis nulla est reservatio, & Ecclesia dat jurisdictionem, ex Trident. sess. 14. c. 7. Tamb. tom. 2. lib. 5. c. 12. §. 1. num. 20.

172 Probabilius tamen est, quod non possit praesente Sacerdote approbato; quia sicut nullus infirmus potest accipere alia Sacramenta à Sacerdote alieno, nisi in defectum proprii, ita nec Sacramentum Poenitentiae: hinc antiqui Canonum exarcebant hanc concessionem fieri in defectum Sacerdotis approbati, c. Amelius, cap. Presbyteris, & cap. ult. quae 6. & Trid. licet non exprimat, factis innuit in his verbis: *Ne ipsa occasione aliquis perdat;* quod periculum non est stare

Sacerdote approbato. Similiter non potest haereticus praesente Catholico, nec excommunicatus praesente non excommunicato.

Simplex autem Sacerdos non debet esse in hac re scrupulosus; unde in dubio, an opportune adveniat Sacerdos approbatus, debet absolvere, ne periculo infirmum exponat.

173 Alia sunt munera Sacerdotis, videlicet baptizare, benedictiones facere aquae, & similia, predicare, &c.

174 Ordo Presbyteratus fuit institutus à Christo, quando post Cenam panem, & vinum convertit in suum Corpus, & Sanguinem, dicens Apostolis: *Accipite, & comedite, hoc est Corpus meum; & quando post Resurrectionem dixit: Quorum remiseris peccata, remittentur eis, &c.*

UBI RESOLVUNTUR.

176 **V**alida est ordinatio. 1. Si Ordinandus tangat Calicem, & patenam, ubi est hostia, non vero immediate ipsam hostiam, factis namque dicitur tangere, & accipere hostiam, dum tangit, & acceptat vas, in quo est hostia; hinc non tangitur vinum, sed calix, in quo est vinum.

176 2. Si tradatur hostia immediate in manus Sacerdotis, vel si tradatur hostia & vinum simul immixta in Calice, quia de essentia Ordinis Sacerdotis est illarum substantiarum traditio, & solum per congruentiam, & ex praepo traduntur in Calice, & patena n. 133.

177 3. Valida est ordinatio, si tangatur Calix, in quo est vinum, cui sit superimposita patena cum hostia, absque eo quod immediate tangatur ipsa patena, quia calix, & patena et superimposita videntur facere unum, non minus ac vinum cum calice; & acceptio tamen, tam calix, quam patena sunt tangenda.

178 4. Valida est ordinatio, si tradatur vinum sine aqua, quia aqua solum ex praepo requiritur.

179 Item si aqua sit tanta quantitate vino immixta, ut remaneat denominatio vini, valida est ordinatio; secus si sit tanta, ut non remaneat denominatio vini; in qua re attendenda est nonantum quantitas aquae, sed etiam qualitas, & generalitas vini.

180 Depum invalida est ordinatio, si tradatur solus calix cum vino, vel sola patena cum hostia, sed tradi debet utraque species.

181 Sacerdos ante ultimam manuum impositionem, per quam accipitur potestas absol-

solvendi, sed post calicis, & patenae traditionem, & ejusque formam prolatam fit consecratus, valde consecrabit Corpus, & Sanguinem Christi, quia per hujusmodi traditionem jam est vere Sacerdos, & complete est ei communicata potestas consecrandi Corpus, & Sanguinem Christi; & de facto in Missa Ordinationis, quam cum Episcopo concelebrat ante dictionem impositionem, valide consecrat, sive solus, sive actione communi cum aliis, juxta opinionum varietatem.

182 Haec autem duae potestates, consecrandi scilicet Corpus, ac Sanguinem Christi, & absolvendi a peccatis, sunt distinctae, ut prima non dependeat à secunda, licet secunda necessario ad sui valorem supponat primam.

Hinc licet quis per secundam materiam, & formam, nempe per manuum impositionem, & verba, potestatem in Corpus Christi mysticum non recipiat, si non supponatur prius adhibita prima materia, & forma, & recepta prima potestas in Corpus Christi physicum; valde quis primam potestatem recipiat in Corpus Christi physicum per primam materiam, & formam, etiam si postea non adhiberet secundam materiam, & formam, nec recipiat secundam potestatem in Corpus Christi mysticum.

Ratio est; quia per primam materiam & formam complete confertur Ordinato prima potestas in Corpus Christi physicum; unde ante manuum impositionem est vere Sacerdos, & valide in ipsa Ordinatione consecratur. Tunc autem pro potestate Ordinis in Corpus Christi mysticum esset in alia Ordinatione tantum supplenda secunda materia, & forma.

Non sic in aliis Ordinibus, in aliis namque una materia & forma dependet ab alia, ut non possit Ordo valide sine altera materia & forma consistere.

183 Et propterea in Presbyteratu per primam materiam & formam character imprimitur; per secundam vero vel novus character imprimitur, vel prior extenditur, & ampliatur: ut in num. 4. quia duae potestates Ordinis distinctae, & complete recipiuntur: v. n. 10.

184 In casibus autem, in quibus esset reiteranda Ordinatio sub conditione, potest reiteratio si in quolibet anni tempore a quoquoque Episcopo in Oratorio privato, & absque caeteris ceremoniis, supplendo tantum id, in quo est dubium.

185 Sacerdotio insignitus debet sub mor-

tali communicari, quia participare debet de suo sacrificio; hujusmodi autem praeceptum se communicandi non est pro initiatis aliis Ordinibus, sive minoribus, sive majoribus, sed solum consilium; hinc minores conferri solent post prandium.

186 De Ordine agunt Scotus in 4. d. 24. qu. 1. §. De tertio mt. Matris diff. 19. q. 1. 2. Leander de Sac. v. 6. Tamb. tom. 2. pag. 72. Ioan. la Crux pag. 448. Fagnanus libr. 1. c. 3. Gobat tom. 1. v. 8. Ant. à Spir. Sancti. de Sac. v. 9. Mendo, & Alloza v. ordo, v. tom. 1. de Sac. ver. Ministr.

CAPUT II.

De Sacrosancto Sacrificio Missae.

Quid sit Missa, & Eucharistia.

MISSA

187 **E**st Sacrificium in remotionem consistens in consecratione panis, & vini, ac consumptione: dicitur incrementum, quia in eo non effunditur Sanguis, sicut in ara Crucis, sed significatur sacrificium cruentum Crucis.

188 Sacrificium Missae tres actiones principaliter importat, Consecrationem, Oblationem, & Consumptionem, licet essentialiter in consecratione, & consumptione consistat. Nominem oblationis venit oblatio, quae fit post consecrationem, quae est oblatio sacrificii: minime, quae fit ante, quaeque dicitur oblatio materiae.

Et incipit ab illis verbis: Unde & memores utique ad Supplices inclusive.

189 Eius minister est solus Sacerdos. Offerunt per se primo, et Sacerdos in persona Christi, reliqui autem fideles per Sacerdotem.

EUCCHARISTIA

190 **E**st Sacramentum Corporis, & Sanguinis Christi sub speciebus panis, & vini, ad spirituales animae resurrectionem à Christo institutum.

191 Licet qualibet species, imo qualibet pars speciet sit integrum Sacramentum, ita ut Sacramentum Eucharistiae sub speciebus panis & vini physice & materialiter specie differat; moraliter tamen, & in ratione Sacramenti est unum specie infima Sacramentum, ut potest ordinatum ad unam specie infima finem.

192 Consecratio sub utraque specie est de jure

jure divino, ita ut, etsi valide, illicite tamen alteram tantum speciem quis consecraret, etiam in gravi necessitate, v. gr. dandi moribundo viaticum.

193 Partes essentielles Eucharistiae sunt materia, & forma; intentio vero solum est conditio sine qua non.

MATERIA

194 **E**ucharistiae duplex est, remota, & proxima; remota est substantia panis, & vini, quae tranzit; proxima vero sunt species panis, & vini, quae permanent.

De materia autem tantum remota secundo instituitur.

195 Materia igitur pro valida consecratione debet esse moraliter, & sensibiliter praesens; non est autem necesse, ut percipiatur in se, sed sufficit, si percipiatur in suo continente, nempe panis in pyxide, etiam clausa, vinum in calice, etiam cooperto, & panis in canistro, unde non est opus, ut materia tangatur, aut videatur; idque est verum, quoties cooperimentum se habet per modum proximi continentis, scilicet, si talis habitudo ad materiam non habetur. Unde invalida est consecratio, si materia sit in Tabernaculo clausa, aut paries interponatur; tunc namque moraliter tollitur praesentia sufficiens ad verificanda pronomina demonstrativa [*hoc, hic*]. Item est dicendum, si materia sit ad prospectum, sed valde distans, ut si distet centum passibus; valide autem consecratur, si sit propinqua; quod ex morali prudentum iudicio pendet. Henricus putat sufficere, si sit propinqua per viginti, aut triginta passus; de quo alii dubitant.

PANIS

196 **I**gitur pro valida consecratione corporis est solus panis usualis triticus, panis scilicet ex farina triticea, & aqua naturali mixtus, & igne coctus; hinc non est apta materia panis ex hordeo, leguminibus, &c. vel aqua artificiali, v. gr. aqua rosacea, butyro, aut alio liquore confectus; aut tandem panis non coctus, vel coctus non per modum panis, sed frigus, vel elixus; quia hujusmodi panis non dicitur simpliciter panis, sed cum addito, hordeaceus, crudus, &c. nomine namque panis simpliciter secundum communem existimationem venit ex farina triticea, & aqua naturali mixtus, & igne coctus. Non sufficit confectus ex aqua maris, quia non est usualis.

197 Hostia, cui est admixtum hordeum, est valida materia consecrationis, si non sit tantum, ut sit mutata substantia panis triticeae, sed triticum predominet.

Examen Ecclesiasticum.

198 Elio ad valorem Sacramenti sufficit, si hujusmodi panis triticus sit azymus, vel fermentatus; ex praepo autem, & sub mortali in suis Ecclesiis Latini in azymo, & Graeci in fermentato tenentur conficere, nec excusant necessitas, v. g. dandi viaticum: v. n. 1. de Sac. de materia, & forma.

VINUM

199 Pro valida consecratione sanguinis debet esse solus vitis, hinc est ineptus omnis alius liquor, agrestis, aut acetum: in multo autem valida est consecratio; sed illicita, quia est vinum impurum habens admixtas partes non consecrabiles. Non valet si sit congelatum.

200 Vino consecrando est parum aque miscendum, non ex necessitate Sacramenti, sed praepo, & sub mortali; quae aqua non debet tertiam vini partem excedere, alioquin reddet materiam dubiam, & proinde non consecrabilis.

FORMA

201 **C**onsecrationis panis sunt haec verba: *Hoc est enim Corpus meum*, ubi omnia sunt essentialia, praeter particulam *enim*, quae est solum de praepo; unde ejus omisio est mortalis.

Verba consecrationis vini sunt: *Hic est enim calix sanguinis mei, novi, & aeterni Testamenti: mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effunditur in remissionem peccatorum*; ubi omnia essentialia sunt quoad valorem, D. Thomas 3. p. 1. q. 68. art. 2.

202 Qui mutaret verba essentialia, ita ut variaretur significatio, non consecraret Sacramentum; si vero ita mutaret, ut significatio non variaretur, ut si diceret, *Hic est sanguis meus*, consecraret, sed peccaret mortaliter.

203 Dubia sunt haec forma: 1. *Hic est Corpus meum*. 2. *Ecc Corpus meum*. 3. *Hic est caro mea*. 4. *Meum est hoc Corpus*. 5. *Hoc Corpus est meum*; quia non significant conventionem panis in Corpus Christi.

204 Verba proferri debent significative & formaliter in persona Christi, sive assertive, sive recitative & historicæ, iuxta opinionem omnes diversam.

205 In Rubricis habetur, quod si non recorderetur celebrans se dixisse ea, quae in consecratione communiter dicuntur, non inde turbetur; si vero ei constet, quod omiserit aliquid eorum quae sunt de necessitate Sacramenti, videlicet formam, seu partem formae consecrationis, formam resumat, & caetera per ordinem prosequatur.

Si autem valde probabilius dubitet, se aliquid essentialiter omisit, formam saltem sub tacta conditione repetat: si tamen non est de necessitate Sacramenti, non resumatur, sed procedat ulterius. Ita ibi.

INTENTIO,

QUAE VOLUNTAS ALIQUID AGENDI, cuius gratia cetera fiunt, est quadruplex, actualis, virtualis, habitualis, & interpretativa.

207 Actualis est, qua quis actu intendit aliquid fieri: etque duplex, directa scilicet, & reflexa. Directa est, qua quis advertens, quid faciat, volens illud agere, sed non advertit per alium actum reflexum, se talem volitionem habere. Reflexa est, qua quis advertens, & volens quod agit, per aliam cognitionem reflectit se advertere, & velle quod agit.

208 Virtualis est intentio actualis praeterita, non retractata, virtualiter permanens in aliquo uno, quoad remanet in homine, & insuat in opus, v. g. heri proposuisse Neapolim, hodie autem nil cogitans inquiri media, & navim ascendendo; in quo casu dicitur habere intentionem virtuales, in quantum intentio actualis praeterita in me reliquit quid unum, per quod moveor ad media applicanda, quae ad finem heri proposuimus, & nunc non cogitatum conducunt; & in proposito, si mane in cella habeo intentionem actualem celebrandi, & conficiendi corpus, & sanguinem Christi, hinc nil amplius de celebratione cogitans accedo ad sacrificium, & postquam ibi plures Sacerdotes celebraturos expectavi, adhuc nil cogitans celebro: dicitur celebrare cum intentione virtuali, quatenus actio, & expectatio media est in virtute intentionis actualis praeteritae, ex vi cuius tandem virtualiter moveor ad celebrandum.

209 Habitualis est habitus, & usus ex praeteritis intentionibus generatus; ut si quis ad celebrandum accedens nulla intentione praemissa, sed per simplicem usum.

210 Interpretativa, quae etiam indirecta dicitur, est, qua quis vult aliquid non in se, sed tantum in causa; ut si quis sciens se in ebrietate esse solitum occidere homines, vel in ebrietate, tunc homicidium sequens dicitur interpretative, ac indirecte volitum, & intentum.

211 Ad valide, & licite consecrandum sufficit intentio actualis, aut virtualis: non sufficit autem habitualis, aut interpretativa, quia consecratio fieri debet modo rationali, & humano, minime modo brutali; actio autem per intentionem habituales, aut interpretativas facta, non est in se libera; sed sic potest fieri ab amante, vel ebrio.

Intentio actualis est melior, sed non necessaria.

212 Pro intentione virtuali est attendendum, ut intentio actualis praeterita non sit retractata, aut moraliter interrupta: non esset moraliter interrupta, si habita prior intentione celebrandi, ad sacrificium pergens ab illa intentione distractus, & ob supervenientem causam per breve spatium iter divertas; tunc enim praefata interruptio physica non conserit interruptio moralis; secus, si e Conventu exires ad litigium perferendum, &c. tunc utique rediens non dicereris celebrare ex vi intentionis praeteritae virtualiter permanentis, sed forte loquerer ex vi intentionis actualis directae, vel exercitae, quam homines committere in operationibus liberis solent habere.

213 Unde ad tollendos scrupulos est attendenda distinctio intentionis actualis directae, & reflexae: multi namque scrupulosi fuisse existimant intentionem actualem non habuisse, quia non habuerant actualem reflexam, cum revera actualem directam habuerint, cum revera actualem communitate in nostris operationibus liberis habemus: dum enim libere lego, habeo intentionem, & voluntatem intendendi, et alio actu reflexo huiusmodi intentionem, & voluntatem non agnoscam.

Hinc Tamburinus inquit, vix moraliter fecerit posse, ut aliquando non adiret intentione actualis consecrandi; quando enim Sacerdos in domo statuit Missam celebrare: quando in Missa dicit: *Fiat sacrificium nostrum, ut placeat tibi: item: Ut nobis corpus, & sanguis fiat dilectissimi Filii tui*: imo & quando actu consecrat, verba profertens, actioneque sacras exhibens, quid aliud facit, nisi saltem in actu exercito consecrationem intendere? Haec ille.

DE MATERIA, SUPRA QUAM CADERE DEBET INTENTIO.

214 Sacerdos, si acceptis pluribus hostiis consecrandis, quando venit ad actum consecrationis, non advertit, nisi ad unam quam habet in manu, & supra eam verba profert, omnes consecratione rati intentionis virtualis.

215 Si habens intentionem limitatam consecrandi decem hostias, nec plures, nec pauciores, post consecrationem vero inveniat fuisse undecim, aut novem, nullam consecravit, quia intentio fuit taxativa, & exclusiva numeri majoris & minoris numero denario.

216 Si habuit intentionem limitatam consecrandi decem, sed non exclusivam numeri minoris: tunc si inventa fuerint undecim, nulla

nulla erit consecrata: si vero novem, omnes erunt consecratae. Ratio est; quia numerus novem includitur in numero denario; non sic numerus undecimus.

217 Intendens unam partem, v. g. mediam partem hostiae non designatam consecrare, nil consecrat, quia in nil determinate fertur intentio; id vero determinate, v. g. mediam partem dexteram hostiae consecrare intendat, sacrilegium, sed valide eam solum partem consecrat, & quia est pars determinata.

218 Intentio autem prudentis, & docti Sacerdotis non debet esse limitata, sed esse debet ad omnem materiam sibi presentem.

219 Hinc Sacerdos nesciens numerum hostiarum, imo putans esse decem, et postea invenire undecim, aut novem, omnes consecravit, si habuit intentionem omnes praesentes consecrandi, ut de prudente Sacerdote praesumitur: quia (ait Tamb.) ignorantia, aut error intellectus non obstat intentioni practicae volenti omnes praesentes, & sibi in conspectu cognitas, consecrare.

220 Hac ratione, quando Sacerdos unam hostiam preparavit, a Sacrificiis vero, Sacerdote infirmo, mutatur illa, & ponitur alia; aut quando putans se tenere unam hostiam, post consecrationem invenit fuisse duas simul iunctas, rite, & valide eas consecravit, quia in his casibus alia hostia est in conspectu cognita, & proinde cadit super prudentem intentionem consecrandi totam materiam praesentem.

221 Secus autem est, si particula esset profusa ignota, ut esset, si Sacrificia, infirmo Sacerdote, posuisset supra corporale, & altare sacrificii particulam, & Sacerdos non adverteret, eam non remanere consecratam, docet probabilior sententia contra Dianam, quia voluntas non fertur in profusum incognitum; unde intentio quantumvis prudens non extenditur ad formulam profusum ignotam.

222 Si per alicuius incuriam misceantur formulae consecratae cum non consecratis, consecratur totus cumulus, cum intentione consecrandi illas, quae consecratae non sunt; ut enim intentio determinate fertur in materiam, non requiritur distincta eisdem materiae cognitio, sed sufficit consilia; alioquin in pyxide plena formulis, cum non omnes cognoscantur distincte, vana esset consecratio; quod est contra praxim fidelium.

DE PARTICULIS EXTRA CORPORALE.

223 Sacerdos celebraturus habuit in sacrificii intentionem consecrandi particulas,

sed minister eas in pyxide posuit supra aram, & minime supra aram consecravit; Sacerdos autem consecravit hostiam majorem, abique ulla particularum memoria: quaeritur, an fuerint consecratae?

Respondetur triplicem distinguendo casum; vel enim primo, pyxis fuit posita supra aram, & supra corporale, vel demum supra aram, & corporale in cornu; vel demum terro, supra corporale, sed extra aram, quatenus corporale solet plus se extendere, quam ara.

In primo casu, esse consecratae, certum est ex n. 217. Idque verum, etiam si Sacerdos non aperuerit pyxidem, quando verba protulit, quoniam non est opus ut videatur materia, sed sufficit, quod sit praesens; & demonstrabilis per pronomen *haec*, uti est materia clausa in pyxide, & qualis non est, si sit clausa in tabernaculo, vel post parietem: & hac ratione a Sacerdote profertente verba non est necesse, ut videatur vinum.

In secundo casu dico, eas particulas non esse consecratae, quia consecratae extra aram, & corporale, est peccatum, etiam valida sit consecratio; adeoque cum omnis Sacerdos praesumendus sit habere intentionem rite, & sine peccato consecrandi; praesumitur noluisse in recensito situ consecrare.

In tertio casu difficultas est, an consecrare hostias supra corporale, sed extra aram consecratam, vel e converso, sit peccatum; & quia communior sententia docet, esse peccatum, ideo dicendum est huiusmodi particulas non esse consecratae.

Quia autem in secundo, & tertio casu, res est dubia, ideo huiusmodi particulae non sunt abjiciendae, sed ab eodem Sacerdote post summum calicem sumentes, vel ab alio in alia Missa consecrandae.

Si huiusmodi autem Sacerdos fuerit solitus particulas extra aram & corporale postas consecrare, putans esse invincibilem ignorantiam id rite fieri, tunc essent consecratae, nam etiam si advertisset, consecrasset; & cum ex bona fide non adesset peccatum, non habet locum recedente praesumptio.

224 Quia vero ara lapidea saepe est ligno circumdata, curare debet Sacerdos, ut major pars calicis & patenae sit supra lapidem: id tamen non est scrupulosum curandum. Similiter pyxis particulas continens debet esse supra aram a latere, vel post calicem; non tantum tempore consecrationis, verum etiam usque ad Sacerdotis communionem inclusive, quoniam particulae ad idem sacrificium pertinent, & proinde signa, & orationes supra eas, non debent omitti. Quod si statim post

consecrationem Sacerdos, retenta hostia grandi, pyxidem intra tabernaculum includat, ut alio Sacerdote in alio Altari communicatio consignet, cum non peccare mortaliter docet Nam. imo nec venialiter, si adie necessitas communicandi populum; quia per hostiam grandem perfecte sacrificium consummatur.

225 Demum si particula pro communicando populo Sacerdoti dentur post oblationem, imo ante praefationem, licite eas consecrari posse suppleta oblatione, docet Dian.

IN DUBIO HOSTIÆ CONSECRATÆ.

226 **G**Avantur in Epitome pag. 137. habet *In casu dubio hostie consecrate, que reperitur apud veneficum, seu sacrilegum, aut circa Altare, ubi proximo suis celebratum, aut quando particula patene parvi possessoris ita fixe boret, ut subeati suspicio, de consecrati in precedenti Missa particula eam unam esse posse, in his casibus hostia solemnitas est. adhibenda luminarium, sed huiusmodi hostia adoranda erit sub conditione, reformanda, & servanda in aliqua Missa ante calicis oblationem: quod si forte talis sit, ut non eam pariat, servanda est decenter, donec corrumpatur species, & comburantur.*

DE GUTTIS VINI DISCONTINUIS.

227 **P**Robabilis est cum Suario contra Bonacinam, guttas exidentes intra calicem discontinuas non esse consecratas, quia intentio legitima Sacerdotis fertur quidem (ut vult Bonacina) in materiam existentem in calice demonstrabilem per pronomen, *hic*, sed in materiam continuam, non discontinuam.

228 Non peccat autem Sacerdos, si ante consecrationem prædictas guttas non abstergat; obligatur enim in his ministeris nos gerere homo, & non scrupuloso modo; adeoque non est curanda metaphysice vini continuatio, sed continentia ejusdem in vase, cum animo consecrandi juxta intentionem Ecclesie.

Verum tamen est, post consecrationem has guttas non esse abstergendas, idque propter occasionem probabilem, quod sint consecratæ, utpote statim præsentæ, & demonstrabiles per pronomen, *hic*.

DE PARTIBUS SACRIFICII MISSÆ.

229 **M**issa dividitur in quatuor partes. Prima pertinet ad populi institutionem, & dispositionem ad sacrificium. Secunda ad materiam oblationem, & ad specialem ipsius Sacerdotis, & populi preparationem ad

sacrificium. Tertia ad consecrationem, & consummationem, in qua parte sacrificium perficitur, offertur, & consummatur. Quarta ad gratiarum actionem. Prima pars incipit ab Introito usque ad Offertorium; secunda ab Offertorio ad Canonem; tertia à Canone usque ad communionem, Canon autem incipit à *Te igitur* usque ad communionem inclusive; quarta demum pars à postcommunione usque ad finem.

DE EFFECTIBUS SACRIFICII MISSÆ.

230 **E**ffectus sacrificii triplex est, videlicet factorius, meritorius, impetratorius, & satisfactorius. Meritorius, quia illi, qui offerunt, & pro quibus offertur, merentur gratia augmentum, aut auxilia ad ætus virtutum. Impetratorius, quia iidem per Missam impetrant à Deo bona spiritualia, & temporalia. Satisfactorius, quia satisfaciunt pro peccata temporalis, in hac, aut in alia vita ipsorum peccatis debita.

Et quamvis dignitas operantis valide conferat ad huiusmodi fructus, hi tamen principaliter considerantur ex opere operato, quatenus habentur ex virtute Christi, qui est principalis in hoc sacrificio.

231 Certum tamen est, valorem Missæ non esse infinitum respectu unius personæ, ita ut una Missa uni applicata tollat omnem penam: hinc rite plures applicentur pro eodem.

232 Difficultas autem est, an valor, seu fructus satisfactorius Missæ, qui habetur ex opere operato, sit infinitus respectu plurium?

242 Prima sententia docet, esse infinitum extensivè, ita ut una Missa applicata pluribus tantum unicuique proficit, ac si nulli alteri applicaretur. Cujus ratio est desumpta, primo, ex parte rei oblatæ, quæ est infinita, nempe Christus. Secundo, ex parte principalis offerentis, qui est ipsemet Christus. Tertio, ex praxi, & ritu Ecclesie, quo Sacerdotes in Memento vivorum, & mortuorum possunt plures nullo præscripto termino commemorare ad huius sacrificii fructum participandum. Ita Cajetanus, Valquez, Pontius, & alii nonnulli.

Hinc stante hac sententia de valore in actu secundo infinito, assertit Marchinus, quod licet ob Decreta Sæcæ Congregationis non possit unica Missa satisfieri pluribus obligationibus iustitie, possit tamen satisfieri uni titulo iustitie, seu ex stipendio, alteri vero alio titulo, qui non sit iustitie, v. g. charitatis, liberalitatis, &c.

Se.

234 Secunda sententia docet esse extensivè finitum, limitatum, & determinatum juxta dispositionem Sapientie divinæ, & Christi institutionem, ita ut valor unius Missæ applicatæ pluribus, non æque proficit singulis, ac uni, si esset applicata pro uno, fed distribuitur per partes inter illos; cuius ratio practica est, quia alias quilibet Sacerdos unica Missa posset satisfacere pluribus obligationibus; imo pluribus stipendiis acceptis, posset pro omnibus unica Missa satisfacere; quod est contra praxim Ecclesie, quæ multas singulares Missas pro singularibus personis offeruntur. Nec Summi Pontifices contra huiusmodi per tot Bullas tam rigorose procederent. Ita Scotus quodlib. 20. Divus Bonaventura, & alii; quorum ratio est meritoria, & satisfactoria; sacrificii non est meritoria, & satisfactoria ut sit à Christo, cum Christus nunc non mereatur, nec satisfaciatur: sed quatenus ex institutione Christi habet annexas satisfactiones præteritis ipsius Christi; congruum autem fuit, ut hæc annexio fieret modo finito, ut lapsus à Sacerdotibus frequentaretur; alioquin inutiliter Capellania in animarum commodum multiplicarentur, cum una Missa sufficeret pro omnibus vivis, atque defunctis.

FRUCTUS,

235 **S**eu valor Missæ, tres habet partes, generalem, specialem, seu mediam, & specialissimam.

Pars generalis competit Summo Pontifici, Episcopo, & omnibus fidelibus, ex instituto Ecclesie; & hæc pars fructus non dimittitur singulis ex consortio aliorum, quia dependet ex institutione Christi, & Ecclesie; unde non potest pro illa stipendium accipi. Pars specialis, seu media, competit illi fidei, pro quo Missa à Sacerdote applicatur; & hinc fructum medium esse finitum superius diximus; huncque fructum medium Sacerdos applicat quando Missam alicui ex stipendio, vel liberalitate applicat.

Pars specialissima fructus competit ipsi Sacerdoti, & dicitur fructus personalis, quem non potest alteri applicari, docet Mallrius cum multis, contra Molpheim, & alios.

236 Sacerdos non potest duplicatum stipendium accipere pro eadem Missa, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus sibi correspondentem, quia fructus specialissimus est fructus ex opere operato, & personalis, ex institutione Christi, adeoque inapplicabilis alteri; quod satis constat ex Decr. Alex. VII. & Urb. VIII. declarantem teneri ad restitutionem eum, qui unica

Examen Ecclesiæ.

Missâ satisfacit pro duplici stipendio: v. tom. 1. prop. 8. ab Alex. VII. damn. Scotus quodlib. 20. lit. B. & X.

APPLICATIO,

237 **S**eu intentio applicativa, non est necessitate, ut sit actualis, vel virtualis, ut in Sacramento confessionis; sed sufficit habitualis, hoc est, voluntas præterita nondum retractata. Ratio dispensationis est, quia applicatio sacrificii non est intentio faciendi talem actum, quæ proinde influere debet, & movere in actum; sed est donatio, & translatio fructus, qui percipitur ex tali actu; quæ quidem est valida, & efficax, quamvis retractata non fuerit, & propterea sufficit, quod sit habitualis; intentio autem conficiendi Sacramentum, seu consecranda, est voluntas faciendi talem actum, quæ proinde debet influere, & movere in actum, adeoque actualiter, ut virtualiter permanere uideat ad actum.

238 Sacerdos s. munus est sacrificium Missæ applicare; imo Sacerdotis applicationem valere contra applicationem, & præceptum Superioris, docet probatoris sententia cum Scoto, Mallrio, Lugo, & innumeratis contra Dianam, & nonnullos aliterentes, valere applicationem Superioris contra Sacerdotis applicationem: ratio autem est, quia Sacerdos; & non Presbiter, est minister, & dispensator huius sacrificii.

Verum tamen est, Sacerdotem contra præceptum Superioris applicentem peccare contra obedientiam, imo etiam contra iustitiam, cum defraudet intentionem eius, qui dedit stipendium Presbitero, a quo sustentatur.

239 Missa applicari potest. 1. Pro infidelibus, nempe pro Turca, & Catechumeno, accepto integro stipendio, quia illi potest quoad fructum imperationis, licet non satisfactio nis. 2. Ait Tamb. quod Sacerdos ut persona privata possit applicare pro excommunicatis non toleratis, & pro illis sola mente orare, minime ut persona publica nomine Christi, & Ecclesie; quia Ecclesia eos solum privat suffragis communibus, hoc est, publicis. Ad negat Faber cum aliis. Pro toleratis vero an possit, ut persona publica, negat Bonacina concedit de Lugo. 3. Accepto integro stipendio applicari potest pro existentibus in mortalibus, quia eis potest quoad fructum imperationis, ad quem solum presumuntur habere consensum implicitum.

240 Missa nulli nec ante, nec in ipsa consecratione applicata, non potest alicui postea applicari, quia fructus Missæ non suspenditur.

Rr 3

di.